Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Contemplationes mathematicae - Cod. Ettenheim-Münster 272

Böckh, Theodoricus

[S.l.], 1630

Contemplatinvm mathematicarum liber sevndvs

urn:nbn:de:bsz:31-129424

Visual Library

CONTEMPLATIONVM MATHEMATICARVM LIBER SECVNDVS.

OPTICA.

De optica Arles primo posteriorum textu 30 ita loquitur. Est autem et alia quædam scientia, quæ eodem modo est ad opticen affecta quo ipsa opticæ ad geometriam ea scilicet pars physicæ, quæ de Iride disputat, nam qd sit (Iris) est physici scire, cur uero sit optici.

Ex quo colliges iuxta Arlem opticam ee scientiam propriè dictam et nobiliorem qdem ex parte physices, quæ de Iride disserit, utq; præter cognitionem Quia Iridis et reliquorum phænomenorum cælestium iuxta Aristotelem scientiam nullam habeat, et principia insuper qbus utitur, mutuatur, ab optica tanquam subalternata à subalternante.

Sed quid de differentia? dico eam ee scientiam de ente quanto, uisibili et mensurabili per radium opticum, ut adeò materialè optices sit ens quantum formale, quod ens quantum uisibile ratio formalis, quæ uisibilitas, ratio formalis, sub qua mensurabilitas per radium opticum ratio formalis, quâ sicut propter quam principia tum opticæ propria, tum à geometria mutuata.

Quæ oia ut in se certissima sunt atq; euidentissima ita etiam sicæ huic dignitatem conciliant maximam

ut adeò Aquilonius ausus fuerit pronuntiare eximiam hanc ac
pænè diuinam opticen reginam ēē ōium quas Mathesis
complectitur sciārum.
Auget hanc nobilitatem ipsa oculi dignitas, qui plinio qdm
corporis pars ē pretiosissima philosopho autem illud in cor-
pore qd mens in aīo
Aegyptij profectò Deum hieroglyphicè expressuri oculo, quem
sceptro regio præfigerent in tota hac rerum uniuersitate
similius Deo repererunt nihil.
De uoluptate, quam hæc scientia habet nihil dico, quam
tn Franciscus Aquilonius, rerum opticarum æstimator
peritissimus, tam ēē ingentem persuasum sibi semper habuit
ut qui sciæ huius bona expertus non sit, eum putauerit
nullum unquam ueræ solidæq; uoluptatis sensum perce-
pisse.
Vsum certè in oībus pænè humanæ uitæ actionibus habet
perpetuum, in ijs maximè, quæ ad mathematicum pertinent,
Astronomicis nimirum, geometricis, pictorijs, architectonicis
et militaribus, quæ si consectari uelim, singula, fac mihi qd
ille ait et uiatico opus fuerit. Sed n contineo me, quia ins-
titum hic non ē opticæ panegyrin dicere, facient id me
etiam tacente, quicunq; sincerissimam scientiæ huius uo-
luptatem familiarius degustauerint.
Ad ordinem deinde qd attinet, et si se nobis rerum pulcher-
rimarum ingens quoddam, quasi æquor apperiat, contraham
tn me ut possum, atq; illa duntaxat exequar, quæ præcæ-
teris ad instituti nostri rationem factura uidebuntur.
Itaq; ea methodo, quam nobis natura ipsa præiuit, nam ut

radius visorius triplex est, directus scilicet, reflexus, et refractus, iterum omnem in tres libros dispertiar, quorum primus postquam ea expo, suerit, quae tum ad organum, tum ad visionem in communi pertinent de radio directo disputabit, atque ita nomen opti, cae sibi quasi proprium efficiet.

Alter qui de radio reflexo disserat nomen catoptricae.

Tertius denique, qui radij refracti naturam explicabit Diopa tricae nomen iure suo accipiet.

Nunc igitur, quod Deus totius ursi oculus pulcherrimus Opt. Max. feliciter euenire iubeat, opticam ipsam auspicemur in qua esto.

PARS PRIMA
DE
OCVLO VISIONIS
ORGANO
EIVS ET OBIECTO.

Qui opticam tradituri sunt, ij plerique omnes magno studio in inscriptionem ipsius oculi primo omnium incum, bunt, eamque ob rem sectiones et anathomicas oculorum frequen, ter instituunt, ipsi tum deinde eas etiam alijs consulunt, rati, neminem expeditam eorum rationem redditurum, quae oculo praeter naturam accidunt, nisi prius ipsam oculi naturam, tum ex ratione, tum ex sensu probè habuissent perspectam.

Verum etsi ego non diffitear rectè laborem hunc non à medicis

70.

tantum, et physicis, sed uel maximè etiam ab opticis as-
sumi, quia tn̄ id à pluribus iam olim præclarè præstitum
est; nosq́ simul ad se alia pertrahunt, ne uel actum agant
uel meliora negligant, statui ea solum, et q̄dm paucis
perstringere, quæ in rem nostram magis necessaria iu-
dicauero, qui plura et accuratiora desiderat, consulat
Alchacenum, Vittellionem, Aquilonium, Aquapen-
dentium, patrem Schönerum, Hyeronimum Fabritium,
Keplerum, et si quos præterea uolet alios.

LEMMA PRIMVM.

QVOMODO SECANDVS SIT OCVLVS.

Oculus humanus ob sui præstantiam dignissimus ē, qui ad
sectionem deligatur, sed bouinus, tum ob magnitudinem,
tum ob parandi facilitatem ferè commodior, isq́ uel recens
et adhuc à boue calidus, uel prius non nihil in feruentem
demersus, quamuis recentem præferam, eò q̄d ille quidem
tunicas melius distinguat, sed humoribus uitrum inferat,
iste uerò recentiâ simul et spectaculo aptissima contineat.
Illud uniuersim moneo, rectissimè et cum fructu facturum
eum, qui unicâ sectione, non nisi pauca exactè persequi-
tur, reliqua quasi per transennam inspicit, ita n̄ ex repetita
anatome tandem oīum partium acuratam notitiam consequetur
Tempus ut operam lusurus, si unà se pluribus impendent.
Secturus igitur oculum, ut Schönerus ait, musculis et mem-
branulis, adiacentibus fructulis corneis, et adipe omni dili-

genter abrasis, habebis bulbum, siue id, quod propriè oculus nun- 92
cupatur, tum è filo suspensum à dorso secus neruum opticum
cultello lentè, et cautè incides, eò usque, donec per uul-
nus tunicæ scleroticæ inflictum, partemque sensim di-
ductam et hiantem superficies nigra compareat, quæ
è tunicæ choroidis conuexitas, quam circum circa
dissecta et abstracta leniter sclerotica, usque ad
gridem denudabis, et simul fibras, et alia istarum
tunicarum ligamenta rimaberis, postea eadem de-
teritate initio ad neruum opticum facto, choroi-
dem multò cautissimè scindes, uersusque processus
ciliares mollissimè auelles, ne subdus expansam
retinam ullo modo laceres, tenerrima quippe è,
et oris asperioris contractus impatiens. Quo facto
ipsum cum suis uenulis, et radiosis circa crystalli-
num humorem pectinibus contemplaberis, et seu
araneæ, seu processuum ciliarum extremitati
concretum luculentissimè aduertes, quis penes
si circumcidas retinam, neruoque optico eandem attol-
las, mox uitreum humorem conspectui permittit, quem
etiam deteges, si retinam à neruo, uersus proces-
sus aliarum tunicarum more reuolueas.
Eadem opera necessitudinem humoris crystallini
cum uitreo et aqueo, eorumque tunicellas perscrutabe-
ris, etsi uoles, anteriores etiam tunicas, putacor-
neam, uueam etc. dissecabis.
Potè quidem oculus etiam iuncta processus ciliares, in
transuerrum scindi, et inde tunicarum oculum iuncta

illos concursus et connexio, quin etiam estusis humoribus, unaque ab altera auulsâ etiam singulorum ratio et natura considerari.

Potest item oculus per corneam secari, et dilatatâ uuae fissurâ si non ipsa sufficiat, humor crystallinus immersus uitreo obseruari; sed prior seccandi modus, quia plura, quam isti sine reliquarum partium damno sub aspectum etiam meo iudicio alijs praeferendus est, quem quidem si cautè et diligenter secutus fueris, colliges totius oculi, partiumque singularum constitutionem eam esse, quam sequenti Lemmate ob oculos ponamus.

LEMMA SECVNDVM.

QVOMODO OCVLVS PER NERVVM OPTICVM ET AXEM SECVTVS IN PLANO SIT DESCRIBENDVS.

Ductis perpendicularibus A B. C D. constitutoque centro oculi, intersectione communi E. semissis C E. diametri C D. diuidatur in tres partes aequales E F. F G. G C. et centro E. interuallo E A. describantur omnes quatuor inferiores tunicae eo modo, quo id in exemplo apparet, hoc est ita, ut exterior quidem maior sit omnibus reliquis, caeterae ordine minores, quo propius quaeuis ad humorem uitreum accessent, ita tamen, ut omnes simul sextam semidiametri ocularis partem non multum excedant, deinde centro G. interuallo G F. describitur superficies interior et centro F, superficies exterior humoris crystallini unâ cum tunicis am-

bientibus. Tunica anterior describitur centro F, ea uero quae proximè sequitur centro K denique E K. duabus tertijs rectè E F. utrinque intransuersam diametrum oculi relatis centris H et G. posteriores tunicae cum anterioribus coniunguntur, modo, quem facilius è ex ipso schematismo, quàm multis uerbis colligere



PROPOSITIO PRIMA.

NERVVS OCVLI ALIVS EST ANIMASTICVS, ET ARTERIALIS, ALIVS OPTICVS SEV VISORIVS

Quæ in anatomia oculi potissimum in considerationem ueniunt, ea uel sunt nerui, musculi, humores, aut tunicæ, de singulis, quæ magis uidebuntur necessaria seorsim adnotabimus.

Nerus, ut dixi, alius ē opticus, alius arterialis.

Arterialis, pmagnum et oblongum ossis ocularis foramen egressus, et in tenues arteriolas dispersus musculos primum constituit, inde intendines, et tenues quasdam membranulas desinens, non posteriorem modo, sed anteriorem etiam oculi partem continuo amiculo inuoluit.

De numero musculorum controuersia ē inter autores ego cum Andrea Vesalio de corporis humani fabrica lib. 2. cap. 11 dico in hoīe musculos numerandos ēē septem, rectos quatuor, obliquos duos, et unum præterea inter istos medium, et quasi principalem, in quo reliqui oēs, tanquam coui quodam principio conueniant quique defigendo in obiecto oculo inseruiat. Rectorum unus ē, qui oculum mouet sursum, alius qui deorsum alius qui ad dextram, alius denique, qui ad sinistram obliquorum, quorum unus infernè, alius supernè uersat oculum sed obliquè et ueluti

arcuatim
Neruus opticus qui spiritus visioni necessario subuehit, et ex proprio eoque tereti et angusto cauo iuxta nares non procul à foramine nerui animastici progreditur è tunicis potissimum tribus componitur, quarum prima K K. iuxta traditam oculi descriptionem è dura matre ortum habet, secunda VV. è pia matre siue Meninge molli procedit. Tertia W. ex ipsa cerebri substantia originem ducit.
Et hic quidem neruus priori multo praestantior est, nam ille motui solum inseruit, hic uero postquam in cauum suum prorepsit ibique se, quasi in folliculos extendit, unà cum inclusis humoribus quos ueluti aggere quodam complexus est, ipsam eamque totam oculi substantiam constituit.

PROPOSITIO SECVNDA
TVNICAE OCVLI PRINCIPALES
SVNT NVMERO SEPTEM.

Controuersa est et haec propositio apud auctores. sunt enim qui tres duntaxat, sunt qui quatuor, sunt qui plures aut pauciores etiam tunicas constituant, sed non si penitius inspiciantur nominibus potius et uerbis quam re ipsa dissentiunt, nobis certum est septem esse.
Adnatam scilicet LL. scleroticam MM. choroidem NN. reticularem seu retinam OO. araneam PP.

uueam RR. et corneam RR. qbus rectè hyaloeden SS. eamq; quae anteriori parti araneae obpanditur (tanquam minus principales) anonymam X adnumeraueris.

ADNATA.

Alba consolitatiua, seu adhaerens à perigraneo prognascitur totumq; exterius oculum complena ad corneam usq; porrigitur, cum qua etiam ad oculum continuari uidetur, diuersa tn̄ ab illa ē, et posteriore sui parte musculis glandulis ac pinguetine obuoluitur qbus oculi irrigati motui promptiores efficiuntur, dicitur adnata et adhaerens quod tunicis oculum constituentibus ab extrinseco adhaereat, alba ob spectabilem albedinem quae exterius apparens ad cornaeae ambitum terminatur atq; unā cum extremitatibus nerui arterialis oculi albuginem constituit.

Consolitatiua denique quia reliquas tunicas uicinis partibus palpebris puta ossibus ac musculis ita giungit ne oculi ossium duritie laedantur neuè excitant sed cauitati suae firmiter illigati commodè tn̄ ad omnem partem circumagi possint.

SCLERODES.

Siue sclerotica ab ea parte nerui optici progressa quam supra diximus à dura Meninge originem trahere eadem quidem re ipsâ ē cum cornea quamuis

centro densitate et officijs ab ea sit diuersa, dicitur
sclerodes à duritie quam illi dura Meninx tribuit, 77
centrum habet in ipsa communi intersectione axis
et diametri transuersae. Eq̃s in hoīe perfectè sphae-
rica et dura Meninge quadruplo, cornea autem ferè
duplo crassior officium illius ē tenuiores tunicas
et humores duritie suâ et densitate in officio gtinere
ne fluxae figuram aut situm amittant, susceptisq̃s
arteriarum et neruorum propaginibus ijsq̃s postea
choroidi comunicatis earum ope necessarium in oēm
partem alimentum partiri.

CORNEA.

Vt dixi reipsa à sclerode non distincta ea ē, quae
apertis palpebris prima se gspicienda praebet ut tragus
reliquam oculi sphaeram protuberans (quo plures
ad pupillam specierum radij pertingant) in ipso
concursu posterioris segmenti humoris Chrystallini
cum axe oculi centrum suum gstituit, et ipsa haud
aliter atq̃s sclerotica ē pluribus membranulis gpo-
sita.
Dicitur cornea ob similitudinem quae illi ē cum
lamellis ē cornu excisis dura ē, ne quâuis colli-
sione rupta cum exitio oculi humores effundat.
lenta ne leui ictu in partes dissiliat, densa ne p
eam humor aqueus exsudet. diaphana ut lumini

et speciebus sit peruia, perpolita denique persa ac tensa ne rugae asperitatem induxant, asperitas uero transparentiam impediat et diaphani nãam euertat.

CHOROIDES.

Ab ea parte nerui optici progressa quam dixi à pia Meninge originem sumere centrum suum cum centro oculi et ipsa commune habet nigra ē haec membrana et uillosa extrinsicè qdm et in superficie conuexa à nigrore quodam aduentitio intus uero et in superficie concaua à nigretidine ignata quae per anteriores tunicas et humores transparens p ipsam oculi pupillam gspiciendam se praebet magno nãae beneficio oculis insita nam teste Galeno lib. 20. de usu partium medicinalis ē oculo et lucem si immoderata sit attemperat, si repraesentandis rerum simulachris debilior deficientem roborat, nam ut experientia testatur, lux modica in obscuro melius pcipitur, quàm in pspicuo

VVEA.

Cum choroide, ut cornea cum sclerode continua, et ipsa etiam diuersum à choroide centrum sortitur, qd licet ad oem ipsius membranae fluctuationem et ipsum quoqs locum uariet, uidetur tn semp in eam partem axis cade,

re, quæ inter superficiem convexam posticam humoris chrystallini et centro oculi inter est, intus et quà humorem chrystallinum respicit nigra est hæc tunica, et aspera foris, et quà corneam spectat levis et polita, inde quidem nigra, alibi vero cæcia fulva aut cornea et hinc Iris sive sol oculi quod aliud nihil est quam hæc ipsa colorum diversitas, quæ totum spacium, quod pupillum et albuginem interiacet complexa, et per corneam tralucens adeò Iridi similis est, teste Galeno loco citato, ut ne si velis, hunc locum aliter quam Iridem appellare queas.

Differt etiam hoc ab alijs oculi membranulis quod eæ omnes integræ suarum sphærarum sint portiones hæc verò in sui medio perforata Zonam tantum aut annulum referat humori aqueo innatantem dicitur uvea à similitudine, quæ illi ab acino uveæ intercedit, si ei pedunculum detrahas, cuius hiatus, quem pupillam dicimus, in hominibus quidem semper exactè rotundus ea etiam in pueris quà in adultis magnitudine in plurimis alijs animantibus, ut felibus et equis oblongus est, et veluti incisio quædam à summo deorsum inflicta. dilatatur verò hiatus iste sive pupilla aut contrahitur non ad libitum sed cum necessitas id exigit puta pro varietate luminis et diverso accessu aut recessu obiecti.

RETINA ET ARANEA.

Et istæ quoq; duæ tunicæ ab eodem principio nimi-
rum medulla cerebri progenitæ et inter se continuæ
solis inter se accidentis differunt. Nam retina
a venularum multitudine quæ eam undequaq; p-
uagant sic dicta, et inter opacas et diaphanas quo-
damodo media, ubi ad humorem Chrystallinum
peruenit, in araneam desinit tunicellam leuissi-
mam, tenuissimam, densissimam maximè tamen
diaphanam et ad aranearum telis ob similitudi-
nem ita nuncupatam, quæ humorem Chrystalli-
num inter processus ciliares tanquam araneam
ē sua tela suspensam ex oi parte complectitur.
Reticulari et araneæ posticæ iuxta processus cili-
ares continuatur Hyaloides anticè anonyma eius-
dem cum illis densitatis perspicuitatis et figuræ
quæ ipsa mihi causæ fuit quare maluerim il-
las ad prædictas tunicellas reuocare quod singulares
illis in compositione oculi partes tribuere, id quod
neq; rao euincit, neq; autoritas, si n̄ totidem prin-
cipales oculi membranæ numerandæ sint, quot ea-
rum quomodocunq; separari possunt, neq; septenarij
neq; nouenarij sufficiet cum experientia certum sit solum
corneam ad quatuor aut etiamq; sæ diuersis tunicis gstitui.

PROPOSITIO TERTIA.

PROCESSVS CYLIARES SVNT COMMVNIA QVAEDAM TVNICARVM.

OMNIVM VINCVLA.

Dicuntur primo processus quod vel à cornea et sclerotica versus humorem chrystallinum vel ab isto versus corneam et sclerodem procedant, secundo ciliares quod postquam araneam nigricante quodam circulo et quavis tunica crassiore succinxerint pectinibus seu radijs quibusdam nigris veluti cilijs ad unum aliquod centrum tendentibus in hialoydem et retinam se se diffundant eorum officium est discriminare humorem vitreum ab aqueo sustinere et protrudere vel retrahere chrystallinum explicare vel complicare uveam constringere denique vel relaxare totum oculi bulbum.

PROPOSITIO QVARTA.

HVMORES OCVLI SVNT AQVEVS.

CRYSTALLINVS ET VITREVS.

primam oculi cauitatem humor aquey siue albuginey occupat à similitudine aquæ uel albuminis sic dictus posteriorem uitrey aquæ nonnihil obscurior densior et uitro fuso quam aquæ similior medium obtinet à perspicuitate dictus crystallinus aquæ congelari captæ non absimilis et inde etiam glacialis nuncupatus

Figura aquei ē quam illi tum concauitas corneæ intersectio uuææ processus ciliares et anterior crystalloidis conuexitas tribuit

Vitrei quam partim à concauitate hialoydes partim à crystallini conuexitate postica suscipit.

Crystallinus utrinque conuexus ē minus quam quà pupillam respicit, magis autem quà retinæ opponitur.

Atque hæc habuit quæ uisum ē de oculo referre, nunc etiam de obiecto disseramus

PARS SECVNDA.

DE

OBIECTO VISVS.

PROPOSITIO PRIMA

OBIECTVM VISVS PROPRIVM.

SVNT

LVX, ET COLOR

Tria sunt genera obiectorum sensibilium quorum duo quidem cut inquit Arles lib: 2. de aīa cap: 6. textu 83 dicimus per se sentiri unum autem sctum accidens, per se sentiuntur quæ pōam sensitiuam ferē

aliquo modo immutant, qualia sunt obiecta propria et
communia. proprium est teste Aristotele ibidem quod non contingit
alio sensu sentiri, seu quod uno solum sensu percipimus
ut colorem visu, sonum auditu, odorem olfactu etc.
Quod quidem duplex est vel non per se primo sensum movet ut
lux propriam visivam vel per se quidem sed secundario tantum et
unam cum alio ut color in, et cum lumine.
Commune est quod non solum ab uno sensu sed a pluribus etiam
potest percipi, talia sunt quantitas figura, motus etc. nam
ut Aristoteles ait loco citato textu 64. etenim et tactu
motus aliquis sensibilis, et visu.
Per accidens sentiuntur a quibus sensus per se nihil patitur
sed ea solum de causa percipiuntur sensu quod aliquam
cum quantitate sensibili connexionem habeant, ita
sentiuntur substantiae quia licet illae per se immediate
in sensum nihil agant variis tamen qualitatibus sensuum
motricibus obductae et quasi circumvestitae sunt.
Docet etiam hoc Aristoteles cap. citato textu 65. cum
ait secundum accidens autem dicitur sensibile, ut si
album sit Diaris filius secundum accidens, non hoc
sentit quoniam accidit albo hoc quod sentit, quapropter
nihil patitur secundum quod huiusmodi est a sensibili.
Ac si dicas sicut albedo per accidens Diaris filio
inest, utque aeque posset per se inhaerere cuivis alteri
substantiae corporeae, ad eoque album quod cernitur per acci-
dens est Diaris filius ita etiam oculus videns hanc albedinem

84 per accidens tantum percipit Diaris filium, tanquam subiectum visâ à se albedine a Hectu.

Quibus positis per se clara est nostræ propositionis veritas cum quotidiana testetur experientia lumen et colorem ita ab oculo cognosci ut præterea à nullo alio sensu percipiatur.

PROPOSITIO SECVNDA

OBIECTA VISVS COMMVNIA SVNT NOVEM.

Non perinde apud oes recepta ē hæc propositio, sunt namq; qui plura, sunt qui pauciora gtendant ēē obiecta visus, coūia, mihi in re ancipiti cum Fran: Aquin. placet hæc g astruere.

Quantitatem, figuram, locum, situm, distantiam, tinuitatem, discretionem, motum, et quietem, idq; ppterea qd et istorum cognitiones ut plurimum sint distinctæ, et si quæ præterea ab alijs opticis obiectorum coūium species adferantur, eæ facilè ad unam earum quas modo enumeravimus referri queant.

Dices etiam pulchritudo, et deformitas, similitudo et dissimilitudo, transparentia, opacitas et umbra sunt obiecta minus coūia ergo assignatus numerus non ē sufficiens.

Resp: ad pmum cum pulchritudo et deformitas in certa quadam lineamentorum et qualitatum proportione vel disproportione gsistat eam formaliter à nul,

lo sensu cognosci cum solius rationis sit unum cum altero conferre et ex comparatione illa rei propor, tionem vel disproportionem colligere. 85

Ad 5tum dico de similitudine et dissimilitudine ursim certi statui nihil posse quod licet ea 5tum conceptum genericum habeant rationem obiecti communis 5tum specificam tamen et numericam ut plurimum rationem potius obiecti proprij quam communis induant. ut, adeo licet similitudo et dissimilitudo in genere à quovis sensu sit cognoscibilis ea tamen quae est inter colorem et colorem à visu, quae inter odorem et odorem ab olfactu, quae denique inter sonum et sonum à solo auditu percipiatur.

Ad 3tium nego absolute quod adversarij assumunt, nam transparentia, opacitas, et umbra à nullo sensu praeterquam à solo visu cognoscuntur

PROPOSITIO TERTIA.

OPACUM EST QUOD NEC LUMINI NEC COLORI TRANSITUM PERMITTIT.

DIAPHANUM QUOD UTRIQUE IMPURE PERVIUM EST.

Obiecta mouent sensus aiunt philosophi non per se
sed per aliquid sui nec immediate sed mediante
alio docet hoc idem Arles 2. de aia cap: 7. textu
74. contra Democritum asserentem medium impe,
dire potius quam promouere sensationem, adeo, ut
si quo casu daretur uacuum formica etiam in
ipso firmamenti concauo obrepens uideri posset.
Verum ut dixi Arles contrarium ostensurus hoc in,
quit impossibile est patiente enim aliquid sensi,
tiuo fit ipsum uidere ab ipso igitur qui uidetur
colore impossibile est relinquitur igitur quod a me,
dio quare necesse est aliquid esse medium.
Ac si clarius diceret sensus nisi patiatur aliquid, ni,
hil percipit, sed ab obiecto immediate nihil pa,
titur, ergo ut percipiat aliquid necesse est eum
pati a medio, quod quidem pronunciatum inductio,
ne etiam reliquorum sensuum ibidem probat
philosophus.
Signum autem huius inquit manifestum, si quis non
ponat id, quod habet colorem super ipsum uisum non
uidebit, sed color quidem mouet per spiritum puta
aëreum ab hoc autem continuo existente mouetur
sensorium et paulo infra textu 75. eadem autem
ratio est de sono et odore nihil non ipsorum tangens
sensorium facit, sensum sed ab odore quidem et sono
medium mouetur, ab hoc autem sensuum uterque

cum autem sup ipsum sensorium aliqs apposuerit
olens aut sonans nullum sensum faciet, de tactu 89
autem et gustu se se qdm similiter habet, non
autem videtur haec Arles.
Quaecum ita sint, priusquam propius ad naam ipsius
visionis explicandam accedamus, dicendum aliquid ne,
cessario prius e, primum de medio, tum de speciebus
tanquam illo ipso p quod obiectum p medium sen,
sorio illapsum sensationem efficit.
Est igitur medium respectu visionis duplex physi;
cum, et opticum, illud e quod vis corpus etiam opa,
cum, hoc qd vis et solum corpus diaphanum, qd ob,
iectum inter atqs organum existit.
Porro opacum e, qd nec lumini nec colori (vel potius
speciebus coloris) pervium e ut lignum terra, la,
pis plumbum sunt etc.
Diaphanum qd utrique transitum p mittit, ut sunt
caelum terra aqua aër etc.
Inter utrumque denique medium quod lumen qdm
traijcit rerum tn species atqs imagines transi,
tu prohibet, qualia sunt cornu in lamellas sectum
charta oleo intincta et alia his similia
Quaeres pmo an idem sit diaphanum et perspicuum
Respc negative absle duplex n e perspicuum, unum
qdm indeterminatum et idem cum diaphano, aliud
vero terminatum et diversum a diaphano.
Perspicuum indeterminatum e quidquid radijs viso,

perspicuum determinatum, siue potius perspicuum
quod quidem de luce et colore aliquid participat, sed in
terim aspectum densitate sua impedit ac prohi,
bet, quominus ulterius etiam prospiciat.
Quaeres 5to unde nam proueniat maior aut minor
rerum corporearum opacitas. Resp: etsi in sublunari
bus nullum existat corpus perfecte diaphanum omnia
tamen corpora natura sua diaphana uideri, fieriqs magis
uel minus opaca, pro uaria colorum cum innato lu
mine permixtione

PROPOSITIO QVARTA.
LVMEN EST ACTVS CORPORIS PERSPICVI

Omnis color inquit Aristoteles lib. citato cap: 7 tex: 64.
motiuus est eius, quod est sdum actum perspicui, et hoc
est ipsius natura unde non est uisibilis sine lumine sed
omnis cuiusque color in lumine uisibilis
Quae ipsa res, ut Aristoteli ita et mihi causam dedit
quare prius de lumine quam de colore ageren.
Et uero grauis inter philosophos de natura luminis
quaestio est nobis in praesens satis est dicere cum Aristotele
loco citato lumen contra Empedoclem neque esse corpus
neque corpoream qualitatem, sed actum, et uelut
colorem corporis luciti, siue perspicui, quatenus tale, siue qua

tenus per spicuum ē.
Non corpus tum quia non posset quasi momento temporis
ab ortu usque in occasum pervadere, tum quia cum saepe
plura lumina in eodem spacio gerrant concedendum
naturaliter fore mutua corporum penetratio.
Non corporea qualitas, tum quia in subiecto praeter
naturali gtra experiam requireret certam aliqm qua-
litatum dispositionem, tum quia itidem gtra experiam
non esset ratio quare non sublato lucito, saltem ad
tempus aliquid in eo quod prius afferebat subiecto perdu-
rare.
Superest igitur dicere lumen esse actum perspicui
habentem modum existendi extra proprium subiectum
quasi intentionalem, quo instar spiritualis substantiae
totum existat simul, vel in aere, vel in quovis alio
corpore impune pervio in quo sese plura lumina pene-
trent, et momento temporis more spirituum im-
mensa spacia transcurrant.
Quaeres primo unde tanta luminum sit varietas +
ut, quod lux solis videatur aurea, lunae argentea
Martis rubicunda, flammae sulfureae caerulea,
Eruginis accensae viridis etc.
Resp. cum lumen sit accidens corporis opaci nihil
vero sit opacum nisi simul fuerit coloratum, di-
versitatem illam luminis nasci ex diversitate co-
lorum qui ut subiectum variè afficiunt, ita etiam

lumini in eodem subiecto existenti ariae pmiscentur idq̃ non minus in caelestibus, atq̃ in sublunaribus, licet ē illa ob suam simplicitatem non habeat colorem ex mixtilium generatione pugnientem atq̃ adeo eiusdem cum colore sublunarium rationis habent tn̄ (hoc ipso quia opacitatem aliqm admittunt) alium et diuersi generis colorem puriorem qdm illum et lumini magis familiarem.

+ Quaeres sdo cur qd Galenus scribit lib. 10. multi ex inspecta curiosius Eclipsi solis accecati fuerint, et cur ursim vehementior lux oculos laedat. Resp: cum Arte lib 2. de aia cap. 12. textu 123. cum pfectio organi uisorij siue oculi, non solum gsistat in certa aliqua ipsius figura, et humorum ac tunicarum combinatione, sed uel maxime etiam in apta quadam primarum, sdundarumq̃ qualitatum symetria, atq̃ interim experiâ gstet oē moderatum ab immoderato dissolui p uiolentam illam, pupillae astrictionem quâ ad vehementioris alicuius lucis ingressum necessario gtrahitur, pq̃ qualitatum oium dissolutam symetriam ac proportionem necessario tandem ab oculo tanquam instrumento uisioni deinceps inepto ipsam quoq̃ cernendi facultatem aufferri.

PROPOSITIO QVINTA
COLOR EST QVOD
MOVET ACTVM PERSPICVVM.

Sive color est qualitas, quae perspicuum facit actu visibile, verum non placet haec propositio cum alijs, platoni maxime, qui arbitratus colorem esse, qualitatem a lumine indistinctam, in Timaeo ita scribit, est autem color veluti flammula quaedam, fulgorque e singulis corporibus emicans partes habens visui ad sentiendum accomodatas, sed contra platonem e primo Aristoteles cum 2. de anima cap. 7. tex. 73. ubi ait colorem esse quod movet actu perspicuum, tum libro de sensu, et sensui, cap. 3. ubi inquit colorem esse terminum perspicui in corpore definito seu terminato ergo color ex sententia Aristotelis non est ipsum lumen, sed aliquid supponens lumen hoc ipso quia ut ille loquitur vel movet vel terminat actu perspicuum.

Sed experientia qua constat veros colores (a falsis ex sententia platonis essentialiter indistinctos) pro varia luminis incidentia, nunquam plus quam accidentaliter et quoad intentionem vel remissionem immutari cum interim falsi illi et apparentes, ad quamcunque ferè lumis immutationem aliam penitus et diversam a priore naam induant.

Sunt autem duo colorum genera, nam alij sunt compositi, alij simplices. Simplices non illos voco, qui sunt elementorum, neque illos compositos qui ex varia permarum qualitatum combinatione oriuntur, sed illos simplices dico ex quorum permixtione reliqui gignuntur. Compositos vero, qui fiunt ex simplicibus.

Compositio sive permixtio colorum triplex est, realis, inten

92

tionalis, et notionalis, realis est cum materiae diversis co-
loribus affectae, inter se confunduntur, ut cum auri pigmen-
tum permiscetur indico, tum non tertius quidam inde, et viri-
dis color consurgit.
Intentionalis, cum res diversis coloribus affectae non quidem
permiscentur inter se, sed cum colores intentionales, et a
veris coloribus producti commiscentur in medio diapha-
no quod quidem tunc accidit, quando unus color ita tenuiter al-
teri superinducitur, ut per eum adhuc alter tralucat, ita
cum pictor in tabula flavae vesti artificiose indicum
superinducit, res diversis coloribus affectae non quidem confun-
duntur ipsae inter se, et tamen quia auri pigmentum vel
per indicum transparens colorem intentionalem in ipso
illo, quo indicum spacio diaphani producit, fit, ut duo
illi intentionales colores in medio sibi invicem permixti
tertium quendam eumque viridem oculo colorem repraesen-
tent.
Notionalis denique est, cum neque res diversis coloribus affec-
tae, neque earum species aut intentiones in medio, sed in
ipso primum oculo permiscentur, ita cum bibliopegus lib-
rorum frontes diversis coloribus punctatim conspergit
neque res diversis coloribus affectae, neque earum intentio-
nes in medio confunduntur, et tamen alius quidam cernenti, et
ab omnibus illis seorsim spectatis diversus color apparet,
ergo ob exiguitatem basium, quam colorata illa pun-
cta obtinent, necesse commixtionem non alibi, nisi in ipso
demum oculo accidere.
Rebus positis.

Dico quinque tantum esse simplicium, tres uero compositorum colorum species.
Simplicium species sunt, Albus, Flauus, Rubeus, Ceruleus, et Niger.
Mixtorum Aureus, purpureus, et Viridis. Inter simplices extremi sunt Albus et Niger, medius est Rubeus. Flauus porro tantum distat ab albo quantum ceruleus à nigro et tantum à nigro quantum ceruleus ab albo. Aureus nascitur ex commixtione flaui et rubei, purpureus ex rubeo et ceruleo, uiridis denique ex permixtione flaui et cerulei, rem omnem subiectum schema ostendit.

Quaeres primo an non dentur plures colores compositi quam tres modo à nobis nominati. Resp. non dari plures species distinctos, quamuis tamen extremi duo albus scilicet et niger medijs tribus, quamuis etiam medij diuersi modi permisceri possint compositis ex ea tamen compositione non inducit aliam quam accidentalem missibilium differentiam rationem uero ob quam non sint possibiles plures aliae, quam

24

tres colorum compositiones, quas flam̄eas Arles plinius
verò floridas appellat, eò q̄d venustæ sint, et aspectui
iucundæ accidant (nam de istis tantum nobis sermo
ē quia nemini dubium dari plures luridas autem il-
las cadaverosas, et oculo ingratas colorum mixtu-
ras) philosophus desumit, ab intrinseca eorum ad se
habitudine, proportione et consonantiarum similitu-
dine cum ait libro de sensu et sensili colores mis-
centur quemadmodum soli, ita n̄ qui eximium quod-
dam proportionis genus servant, hi consonantiarum mo-
re ōium suavissimi sunt, ceu purpureus et puniceus
atq́ eiusmodi paucos ēē opportet, eādem quâ concen-
tus pauci sunt causâ.

Quæres sdo quomodo intelligendum sit tritum illud
philosophorum pronunciatum album colorem disgre-
gare, nigrum colligere visum, Resp: colorem album
præsertim vehementiori luce illustratum admodum p̄
niciosum ēē visui, ut proinde etiam teste Galeno
lib. 10. de usu partium Xenophontis milites, cum
p̄ multam nivem iter fecissent grande oculorum
damnum acceperint, et Dionysius siculus productos
ex obscuro carcere reos ad repentinum albi et leui-
gati parietis conspectum excecârit. Disgregat igi-
tur visum albus color, dum eum nimio splendore of-
fundit, dumq́ partes visioni eliciendæ necessarias

ita occupat, ut ea excipiendis ijs coloribus reddantur in-
eptae. Neque vero nigredo diutius inspecta minus quam al-
bedo officit oculis, nam si quidem historijs credimus, multus
diuturnus et obscurus carcer obcaecauit, idque per nimiam
visus collectionem, quae inde accidit, quod lucitus ille
ac calidus oculorum spiritus per ingruentem nigredi-
nem ad interiora repulsus oculum natiuo suo ca-
lore destituat, unde necessaria, humorum quasi con-
gelatio, ac demum totius organi interitus, atque destruc-
tio consequitur.
Quaeres 9tio unde Tiberius Caesar, ut Suet: refert,
et Plinius expergefactus noctu paulisper haud alio mo-
do, quam luce clara viderit omnia paulatim tenebris
se se rursum obducentibus. Unde item, quod Isagonus
testatur populi quondam in Albania prognati fauca
oculorum acie noctu plus viderint quam interdiu.
Res per experientia constare noctuarum, felium, et aliarum
animantium oculis, quae noctu victum quaerunt lucem
quoddam agnatum esse, quod inter tenebras ex oculis
promicans, et ab oppositis obiectis repercussum prae-
cisos una secum intentionales illos colores ad oculum
deferat, et ita cum ijs visionem efficiat. Verum cum
humanus oculus per se tali aliquo lumine affectus non sit
mirum quidem videri homines repertos esse, qui tantundem
de nocte viderint quantum interdiu alij, suam tamen omnino
historiae veritatem esse relinquendam, dicendumque hosce

tales hōies praeter cōiem nāe ordinem, quoad hoc oculos habuisse, earum animantium oculis non absimiles, quae noctu uictum quaeritant.

PROPOSITIO SEXTA
COLORES IRIDIS HALONIS PARELLIORVM ET TRIGONÿ SVNT LVMEN A MEDIO DIAPHANO OB VARIAM INCIDENTIAM VARIE REFRACTVM.

Nota, tria ēē colorum genera, sunt n̄ aliqui reales, alij intentionales, et alij denique phantastici tantum et apparentes.

Reales seu potius materiales sunt illi, qui uel à primis qualitatibus, uel ab ipsa cuiusque fōa specifica propriae nāe indices ortum habent. Tales sunt albedo cretae, rubedo minij color quidam aureus solis argenteus lunae etc.

Intentionales sunt, qui sicut lūen à lucito, ita et ipsi à materialibus illis coloribus in medio producti diutius in eo non subsistunt, quam illud aliquo lūce collustratum fuerit, adeoque subtracto illo tantquam ablata sibi hypp ostosi, et ipsi quoque pereunt.

Apparentes denique sunt, qui quidem uti intentionales

in solo medio diaphano existunt sed praeterea
à nullo materiali colore praecisi ex sola lucis
diversa in medium incidentia, et refractione
oriuntur quibus notatis veritatem nostrae propo-
sitionis ita ostendunt. Illi sunt colores tan-
tum apparentes, qui et in solo existunt dia-
phano, et praeterea à nullo alio corpore simi-
li colore affecto producantur sed colores Gridis
Halonis parelliorum, et Arigonij sunt tales
ergo etc. Quod vero colores isti in solo medio
perspicuo existant clarum est cum sint à lumine
indistincti, lumen vero non possit in alio opa-
co existere, praeterquam eo cui ingenitum est.
Quod autem neque ab alio corpore colorato, ut in-
tentionales illi sint producti, inde patet quod
eiusmodi colores, quales in Gride scilicet vel
Halone apparent, neque insint Soli, neque Lunae,
neque vitro Arigonij, et praeterea nullum aliud
assignari corpus possint à quo hi tales pro-
ducti dicantur, cum illud, utique prius ipsum,
quam phaenomina illa contra experientiam sub as-
pectum cadant.
Et vero multi in asserendis coloribus istis phan-
tasticis adeo liberales sunt, ut eos etiam in ap-
parentium numerum referant, qui vel in collo

auium caudis pauonum uel etiam ex traiecto
per uitrum coloratum radio solari in opposito pa-
riete cernuntq, sed falluntur, nam colores illi
inde ueri esse colliguntur, quod ubiq; corpus aliquod
assignari possit, à quo illi, ut intentionales
cæteri omnes, meritò præcisi esse credantur, ta-
lia autem corpora sunt, tum uitrum, tum ipsæ
auium illarum plumæ, quæ si quodq; alio, atq;
alio colore tinctæ esse uideant inde id accidit,
quod plumulæ illæ diuersis coloribus minutatim
et quasi punctatim conspersæ, pro diuerso situ
oculi, proq; uaria luis incidentia, alium etiam
atq; alium colorem necessariò ad oculum trans-
mittant

PROPOSITIO SEPTIMA

CONDITIONES OBIECTI VISIBILIS SVNT OPACITAS, MAGNITVDO, OPPOSITIO, DISTANTIA, MEDIVM, ET ILLVSTATIO.

In omni actione naturali præter causam effectricem
et materialem adhuc requiri utrinq; conditiones
alicuius ipsa experientia discimus, ita radius solaris in
speculum concauum illapsus, et abeo in unum punc-
tum reflexus non comburit, nisi materiam quan-
titate aliquæ præditam, pinguem, ac debito modo ap

plicatam, de gdionibus oculi dictum satis superē
ut de gdionibus obiecti etiam aliquas adnotemus. 99
Quarum prima

OPACITAS.

Deducitur haec obti gdio ex supra dictis cum
n̄ lux et color, sit obtum p se proprium visio,
nis, adeoq; oculus nihil percipiat, qd non aliquo
modo cum luce et colore giunctum sit lux autē
et color, sint proprietates corporis opaci p neces
sariam illationem sequitur oē obiectum visio,
nis hoc ipso quia necessario lucitum vel co,
loratum necessario simul etiam opacum ēe prae,
terquam qd de naa obti visibilis sit sistere
in se atq; terminare visionem, ne ulterius
excurrat, qd tn̄ diaphano non guenit, ut pote
tam lūi quam speciebus undequaq; impune
p vio.

SECUNDA MAGNITUDO.

Sed ea tn̄ indefinita, et tum ex bonitate
oculi, tum ex distantia obti primum definienda.
nam ut oculus sanus et integer obtum idem
clarē ac distinctē discernit, qd tn̄ malus et vi,
tiosus servatā eadem distantia non nisi obscurē
ac quasi p nebulam intuetur, ita mutata no,
tabiliter obti distantia qd prius clarē videba,
tur et distinctē clusa iam nunc oī oculorū acie

ne ut obiectum quidem obscurè sentitur amplius.
Ratio est, quod cum visio fiat per pyramidem radiosam
cuius apex in oculo, basis vero in obiecto existit
ac praeterea pro quantitate anguli pyramidem
visualem continentis obiectum quoque ipsum maius
vel minus appareat, angulus vero ille pro ratione
oculi vel distantiae obiecti semper varietur, si
dictis de causis aliquando omnino insensibilis eva-
dat, fit etiam, ut neque visionem amplius possit
efficere cum cernendi facultas, non minus
atque aliae potentiae materiales, certam in obiecto quan-
titatem requirat, cuius defectu, cum in casibus
iam dictis nihil ab obiecto patiatur, neque ipsa
ad eliciendam visionem consurgit

TERTIA OPPOSITIO.

Oppositum oculo dicitur omne illud ac solum quod
infra maximam visualem pyramidem non
continetur, sive à quo ad patentem corneae por-
tionem duci potest linea recta. Causa ponendi
hanc conditionem est, quod (ut suo loco fusius osten-
detur) ad visionem necessariam sit, specierum
visibilium receptio ex autem ab obiectis sempli-
neis rectis protentantur, ut adeo ab obiectis vel
à tergo vel extra maximam visionis pyramidem
sitis ad oculum perduci sine ingenti refractione
aut reflexione non possint

Quæres an etiam per reflexionem aliqs proprium tergum, uel occiput uidere possit. Rx oio poe, si qs eius imaginem speculo plano à tergo posito ita excipiat, ut eam in aliud speculum etiam planum et à fronte priori oppositum reflectat, cum n in anteriore speculo, et à fronte, et à tergo seipsum signum spectabit.

QVARTA DISTANTIA.

Quæ qdm uaria e, pro diuersa magnidine, et distantia obiecti, pqs uaria per spicuitate medij, et ipsarum primarum qualitatum intensione, Nam quamuis cernendi facultas per se in immensum sese extendat, quia tn uisio actione partim immanente, partim uero receptione specierum perficitur, gseqns est, ex defectu specierum sæpenumero obiectum uideri non posse, quod illæ à luce et colore, causis scilicet finitis et limitatis productæ, neqs ultra effectricis suæ causæ actiuitatis sphæram progressæ sæpe oio intercidant, priusquam uel ob agentis defectum, uel in dispoonem medij ad oculum pertingant.

QVINTA MEDIVM.

Obiectum uisibile non solum terminum distiæ habet maximum, ultra quem uideri amplius non possit, sed etiam minimum, cum gstet, rem quamcunqs quò magis ab eo puncto, in quo concurrentes axes neruis opticis ad angulos rectos insistunt, uersus oculum

accesserit, confusius semper ac malignius spectabunt, ita, ut cornea superimposita oio non uideatur, amplius, ex quo consequens e, cum obiectum necrio ab organo remotum sit, uisionem fieri per medium non uacuum, illud atque inane, per hoc enim species ab agente physico perfectae propagari non possunt, neque uero opacum, hoc enim speciebus ad oculum non permitteret transitum, ergo, quod super e, perspicuum, siue diaphanum.

SEXTA ILLVSTRATIO.

Eaque tam diu obiecti, quam medij, quidem, quia ut S. Thomas primo contra gentes cap. 76. lumen e quasi forma coloris, ergo color non mouet oculum, nisi cum lumine confusus, unam quodamodo et mixtam cum eo qualitatem constituat, medij uero, qua lumen e ueluti uehiculum, et hypposthesis, cui species per se primo insunt, non aliter atque aliae qualitates quantitati, ut adeo, ubi non e lumen, ibi neque sint species, ex quo perspicuum e, cum species non perueniant ad oculum, nisi per medium, ea autem non sint sine lumine, non obiectum tantum, sed etiam medium debere esse illustratum.

PARS TERTIA.
DE
NATVRA VISIONIS.

Haec hactenus de uisionis organo, et obiecto, nunc de ipsa eius natura disserendum erit, de qua duo potissimum recentiores inter, et antiquos in controuersia uersantur. Primum quomodo, alterum ubinam fiat uisio, per cuius controuersiae decisione esto.

PROPOSITIO PRIMA.

VISVS NON FIT PER IRRADIATIONEM.

Ita cum pluribus olim medicis sensit Galenus, persuasus uim sentiendi non esse facultatem ipsis organis, sed irradiationem quandam, siue influxum à cerebro in organum, tum semper delabi solitam, quoties fieri sensationem contingeret, sed contra ? è, quod radiosa ista qualitas si à cerebro in organum defluerat ipso progressu languesceret, more aliarum qualitatum, quae à suo principio profectae, ita semper uni formaliter decrescunt, donec tandem omnino euanescant, cum interim tamen experientia constet, tantum in extremis manuum digitis longè acuratiorem, exquisitioremque esse, quàm in reliqua parte brachij.

NEQVE PER SOLAM OBIECTI PRAESENTIAM.

Est hæc ꝑ positionis nõa pars ꝯtra Durand: Gabin: Ochamum, et alios, qui arbitrati sunt, ut sensus obiecta sua cognoscant, satis ẽt, si ea in tra debitos distiæ suæ trnos sint constituta. Sed refelluntur facilè, nam si aliquo modo necessaria est, obiecti præsentia, tum id propterea accidit, quod obtum ad eliciendam uisionem concurrere aliquo modo debeat, hoc ẽ uel effectiue, uel saltem formaliter, non primum, alias sola obti præsentia ad uisionem non sufficeret, sed neqꝫ aliqa præterea actione illius opus foret neqꝫ sctum, nam si obiectum solum concurrit fõaliter, et terminatiuè reddi rão non potẽs, cur non æquè uideamus in tenebris, atqꝫ in lumine, cur non æquè distincta illa, quæ remota sunt, atqꝫ ea quæ propinqua, cur denique non plura, simul æquè enucleatè ergo etc.

NEQVE RADIJS AB OCVLO IN OBIECTVM EMISSIS *

Variant auctores in explicandis emisitijs radijs istis, nam primò Stoicorum aliqi censuerunt, ab oculo in obtum ipsos spiritus uitales egredi, alij põam uisiuam, alij denique, qbus etiam Plato assensus ẽ, existimârunt, ab oculo in obtum lumen quoddam effundi, qd deinde rerum uisibilium proprietatibus affectum redeat

ad oculum, ibique uisionem efficiat.
Sed contra primum ē, qd praeterquam, qd intelligi non
poit, unde nam tanta oculo insit spirituum multitudo
ut ex se p. immensa caelorum spatia ad totam hemis,
phaerij amplitudinem diffundere queat, uisio praete,
rea fieri contra experiam deberet in tempore, eo,
qd spiritus, qui uera sunt corpora momento tempo,
ris ad obiecta, usque ab oculo diffundi non possint.
Contra secundum, qd cernendi facultate, extra
organum posita, nulla appareat rāo, cur non etiam
alterum absurdum concedatur, dicaturque uisionem
fieri in medio: ut pote eo loco, in quo iunta istos
pōa uidendi uerē, ac realiter existit.
Contra tertium, qd etsi demus humano oculo aliquid
lucis ēē ingenitum (nam contrarium cum Aquilonio
tanendum ē) illud tamen concedi non possit, lu,
men, hoc ut pote exiguissimum, ad omnem, et quan,
tumuis remotissimam obiecti distantiam posse
diffundi, id, quod etiam contra fictitiam spiritu,
uum ammissionem allatum est.
Restat igitur, et ueram de modo uisionis senten,
tiam exponam, quod quidem mox faciam, si pri,
us per digressionem aliquam rei melius intelli,
gendae ea attulero, quae tum circa diuersorum
uitiorum sectionem, tum circa ipsam quoque spe,
cierum rāonem, et habitudinem diuturno studio
atque experientia consecutus sum.
Esto itaque.

DIGRESSIONVM OPTICARVM PRIMA DE ARTIFICIOSA VITRORVM SECTIONE ET POLITVRA.

LEMMA PRIMVM.

QVOMODO INSTRVMENTA HVIC OPERI NECESSARIA ADHIBENDA SINT.

Vitra, de qbus hic sermo, quaeq; ad rem opticam pertinent, uel sunt simpliciter plana, concaua, uel complexa, uel cum addito, ut sunt plano concaua, et plano conuexa, concauo plana, et concauo conuexa, conuexo plana, et conuexo concaua.

Vitrum planum ē, qd utrinq; inter suas lineas aequo inter iacet, ut A B.

Conuexum, qd utrinq; superficiem extimam alicuius sphaerae habet, ut C D. concauum deniq;, qd utrinq; superficiem conuexae oppositam, ut E F. mixta sunt. quae ex duabus diuersis superficiebus componunt, singulae diuersum instruentorum apparatum postulant.

PLANA.

Laminam aliquam ferream, altera parte longiorem, eamque quoad fieri potest exactissimè planam, quae quidem ita praeparat. Jubeeam primum à fabro aliquo, tum malleo, tum limâ, tum coticula etiam ad eam, quàm fieri potest perfectissimam perduci planitiem, applicato frequenter in transversum filo aliquo, aut fidicula quo partes omnes, si quae adhuc à debita figura exerrent, ad eam, quae operi huic necessaria est, aequalitatem perducantur, tum deinde cura, ad manum habeas, aliam quandam laminam, saltem plumbeam (nam ista facilius paratur) duplo, vel triplo maiorem, cui, interiectâ prius arenâ probè repurgatâ, et madefactâ tamdiu ad fricabis, ferream in omnem eam partem aequaliter, circumducendo, donec illa super extensae fiduciae undique adamussim respondeat, nihilque amplius in tota appareat superficie, quod vel magis promineat, vel etiam aequo magis ad interiora retrocedat. Quod ubi consecutus fueris, ab utraque lamina diligenter arenam omnem absterge, eiusque loco smiri puluisculum (lapis is est ab oriente aduenus, quo Chrystallisecae quotidie utuntur, tenuissimam tamen, et ab omni asperitate purgatum substitue, tum adspersâ iterum leniter aquâ tamdiu ferratam tuam laminam

per plumbeam illam in omnem partem denuò circumagē; donec ab omnibus ijs porulis, quo arenæ illi grana expedita impresserunt, ad eam, quàm potest fieri accuratissimam planitiem, et lævorem accedat.

CONVEXA.

Vt et concava licet infinitum quodamodo inter se variant, quod, ut quoduis ferè circuli segmentum altero maius ē, aut minus, ita etiam quoduis ferè vitrum altero vel magis, vel minus concavum sit aut convexum, quia tamen idem ē formarum construendi modus, v.g. si parandus sit discus aliquis sive segmentum sphæricum, in quo elaborari possint convexa, quæ ad distantiam unius pedis receptos à se radios visorios in unum colligant, tum vero fabricanda erit primo omnium norma quædam, sive regula, ad quam totius operis rectitudo exigatur.



quidquidem sic fiet, eà apertura circini, quæ magnitudinem pedis capiat in solidiore aliqua mãa arcus circuli describatur, nam ille à reliqua materia diligenter excisus, dabit normam, quàm nos exploratricem,

cem vocabimus, quatis est, quam hic vides in lamella A B C. esse designatam.
Haec deinde norma fabro tradenda est, monendusque ille ut ad eius convexitatem non aliter discum concavum semipedali latitudine elaboret, atque prius ad fidiculae directionem figuram planam conformavit. Opus ubi ille absolverit reliquam tu ei perfectionem, ut prius plano conferes, nisi quod loco laminae planae segmentum plumbeum eiusdem cum ferreo sphaericitatis efformandum

Cui portio ferrea adfricetur ad plenam ei aequalitatem, et splendorem superinducendum imaginem talis segmenti utcunque refert figura B C.

CONCAVA.

Vel ea sunt quae per spicilijs adhibentur, vel ea quae telescopijs sive tubis inseruntur, si primum, novo apparatu non indigent, cum in eodem segmento ferreo confici possint in quo fiunt convexa, nisi quod ista adfricentur superficiei concavae et interne illa vero externe et convexe, quae in hunc ipsum finem non

1010 minus quam interior quia tamen et modo contrario ad debitam rectitudinem et aequalitatem producitur. Si solum opus est semiglobulo ferreo inferius cuspidato, ut cum faciendum est opus firmiter defigi possit, atque hic quidem paratur ut exterior superficies segmenti sphaerici de quo modo egimus, nisi quod labor sit minor et expeditior, eo quod diametri illius magnitudo duos vel tres dodrantes pedis non excedat designatio, nem rei habes BC.

Atque haec sunt instrumenta illa, quae ut dixi vitrorum constructioni sunt necessaria, non ignoro alia adhuc multa, eaque longe diversa ab alijs circumferri, sed haec in rem nostram praeceteris cum, moda atque omnino necessaria esse visa sunt, idque non tam ex aliorum voluntate, quam ex proprio usu atque experientia, iussi autem omnia ex ferro confici, non quod fieri non possint ex plumbo etiam, vel quamvis alia materia fusili, sed quod ferrum ob soliditatem suam

atq; duritiem in hanc rem metallis reliquis praeferendum existimarem

LEMMA SECVNDVM.

QVOMODO VITRA AD DATAM FIGVRAM SECANDA AC DEMVM PERPOLIENDA SINT.

Falco maior.		188. 367. 218.
Falco minor.		148. 279. 1659.
Sneriglio.		83. 165. 969.

COLVBRINAE HEBILITATAE LEGITIMI ORDINIS GLOBOS SVOS PRO. PELLVNT.

Colubrina dupli:	ad pas: geom:	325. 650. 3865.
Colub: legitima.		285. 540. 3392.
Colub: media.		217. 430. 2559.
Falco maior.		167. 334. 1839.
Falco minor.		127. 255. 1541.
Sneriglio.		75. 150. 892.

Ad 5tum genus tormentorum legitimi ordinis, hoc est cartonarum, praecipuè pertinent canonae duplicatae



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST


29


28


29


30


31


g
k
32
m
L


A
B
33
C
D


C
D
34
E
F


A
E
B.
35.
G.
H
I
D
F
C.

cato cōe, Mezo, quarto, et octavo, siue cartona dupli- 258.
cata, cōis, media quarta, et octaua.
Canone duplicato C Die Doppelt carthouny, oder
mauer brecher I longy calibras 17. siue pedes
14. globum ferreum recipit pondo 56. pulueris
tormentarij libras 40.
Canone Die gauze cartouny pfeifer, oder
mauer stürzer, globum ferreum capit 50. et non
unquam etiam 60 librarum longy est, calibres
18, crassy iuxta gulam $\frac{3}{8}$ iuxta alas $\frac{5}{8}$, iux-
ta ignitabulum denique integram orificij diametrum
aut certe septem integri octauas gtinet. An-
sarum magnido, et in longum, et in latum calibre
amplitudinem postulat. In explosione ordinaria pul-
ueris nitrati de quantitate globi $\frac{2}{3}$ ei attribuunt
Quod si recens ab artifice ueniat, deyt eiy firmi-
tate periculum fieri oporteat, cum primum exo-
neratz de grauitate pilæ ferreæ $\frac{2}{3}$ cum sdum
$\frac{4}{8}$, cum tertium denique tantundem, quantum
globy appendit sulphuri quoqz pulueris adhibet
Canone Mezo Die halbe cartouny longy
e calibras 24. ferri simul capit libras 25. et
subinde etiam 30. ad quantitatem pulueris, et
partium coassitudinem, qd attinet, eadem in illa
obseruanda e pportio, uti et in reliqs, qui
in hoc ordine sequuntur, quam de canone
uulgari, siue de cartona integra defini-
uimy.
Descriptionem integræ cartone habes sub schemate CD.

Calibræ Diminutæ.



Canone



Cui, ut uides circa gulam de diametro ori-
ficij crassitiei $\frac{3}{8}$ ante Zonam, siue umbili
cum C. bey dem Kranz oder absatz ⊃ $\frac{9}{16}$ post
Zonam, iuxta ansas $\frac{11}{16}$, circa ignitabulum
denique $\frac{7}{8}$ attribuimus.

Quarto canone die fierstell cartouny, longus
est calibras 28. pilam ferream completur pon-
do 15. uel 16.

Canone octauo das achtell der cartouny
longus calibras 24. hoc est pedes 8. cum dimi-
dio globum ferreum librarum 6. et tantundem
simul etiam nitrati pulueris admittit.

Et hæc de cartonis legitimis ordinari-
is.

nam q̄d prius de colub: adnotavimus, alias 260
nimirum ēē robustiores, quas ītaliuo-
cant colub: Rimfor: debiliores vero alias
germanis dicta Dn gesprungte schlangen.
illud etiam in praesentiarum accidit.
Nam inter cartonas etiam praeter ordina-
rias fortiores aliae sunt, aliae debiliores,
quae ipsa illarum diversitas ē ut de Bas-
tardis sive illegittimis, quae in oī genere
reperiunt, hic nihil dicam ē causa mihi
videt, quare tantopere magnae Artileriae
periti sentijs à se mutuo discedant, cum
vel de longitudine, crassitie, pondere, glo-
bo, pulvere, vel demum de ipsa etiam
tormentorum meta certi aliquid definiendum
illis ē.
Ego ut tempori gsulam, et qa adeo ingens
ordinariorum ab alijs, sive fortioribus
deinde, sive debilioribus differēia non ē, cayē
facile ex ijs, quae de colub: adnotavimus
colligi poterit, ita hic unicam Dunta-
nat proponam tabellam, in qua ut an-
te primus numerus indicabit excursionem
pilae à cartona cum horizontaliter
directa, secundus cum gradum unum
Tertius cum quadraginta quinque sublata est.

CARTONAE LEGITIMAE ORDINARIE GLOBOS SVOS PROPELLVNT.

Canone dupli.	passus geom.	300.600.3569.
Canone coue.		250.500.2984
Canone Mezo.		213.425.2535.
Canone quarto.		188.395.2240.
Canone octauo.		160.320.1800.

Ad tertiam denique legitimorum classem pertinet canone petriero (dix pluris bipes) petardi, mordaria, eaque oia, quae à camera, siue pulueris receptaculo angustiore nõen adepta sunt.

Canone petriero, nisi camera ctus longitudinis calibrarum 8. $\frac{1}{2}$ lapidum libras una uice simul excipit 20. 15. et 20. etiam. Nitrati pulueris cõuis cum grauitate globi collati ordinarie illi una, tertia, cum uero de integritate uel uitio tormenti periculum faciendum est. tant undam ingerit, quantum theca ipsa. Dix camera una uice capere potest. Crassities illius cum orificij diametro collata iuncta ignitabulum brij dum Zindlos. à $\frac{3}{6}$ iuncta ansam siue cornua $\frac{3}{10}$

iunta gulam denigs, sive immediate post capitellum, 262.
$\frac{1}{6}$. cornigi, dn̄ Zapfus ordnr ohrns eo proportionaliter loco constituunt, quo et in reliquis tormentis hoc tn̄ discrimine, qd eorum longido, ut et crassities si cum calibra conferatur, non sit, nisi $\frac{7}{12}$. Camera sive thera dn̄ pulvinar cacuus, $\frac{4}{6}$ diametri orificialis continet, longa 4. et $\frac{1}{2}$ cameræ suæ diametrum.

De tormentis illegitimis bastardis et extraordinarijs, quæ in oibus tribus à nobis assignatis generibus reperiuntur, non est, qd multum laboremus, cum ex dictis facile à legitimis discerni, et pro ratione quantitatis globi, longitudinis firmitatis, aut debilitatis facile etiam à quovis iunta Artilleriæ leges onerari possint. Quia tn̄ multa sæpe fabulis, quam historijs similiora de celebrioribus quibusdam colubrinis circumferuntur, quæ inter oia tormenta curulia, quam longissime pilas suas propellunt, ut cum dicitur Mediolanensem Pimantelem globum ferreum pondo 45. ad 9000 passuum eiaculari, Colub. Mezinensem globum suum ultra pharum latum milliaria 12 proijcere. Siluaducensem denique Bomeriam usque milliaribus tribus inde distantem pertingere. placuit adhuc tres alias tabulas subijcere. primam pro colubrinis, bastardis ut vo,

263.

cant rimphorzatis, alteram pro bastardis debilioribus, tertiam denique pro colub. extraordinariis. Ex quibus colliges, nullum omnino tormentum reperiri, quod globum suum usque ad integra duo millia ria germ. promoveat, omnium hactenus praestantissima fuisse habita, quae ad unum mill. ger. cum dimidio pertingerent, si quidem metae distantia per lineam rectam sive chordam dimetienda sit, subtensam arcui, quem volitans per aëreas globus describit. Nam secus erit, si per multas ambages mensurationes instituatur et quales necessario per fluvia, fossas et paludes experiuntur illi, qui terrestre iter faciunt, dimidiam plerumque partem longius, quam suo per aërem decursu globus efficiat.

Ordo, et significatio numerorum eadem ratione se habet, sicuti prius pro tabulis, colub. legitimae adnotavimus

COLVBRINAE BASTARDAE RIMPORZATAE PILAS SVAS EIACVLANTVR.

Colub. duplicata.	ad passus geome.	330. 659. 3722.
Serpentina.		295. 590. 3511.
Aspis.		220. 440. 2618.
Pelicanus.		172. 344. 2044.
Falco.		131. 261. 1553.
Sneriglio.		77. 154. 917.

COLVBRINAE BASTARDAE DEBILITATAE.

Colub. duplicata.	ad passus geome.	298. 595. 3540.
Serpentina.		265. 530. 3153.
Aspis.		200. 400. 2028
Pelicanus.		155. 310. 1845.
Falco.		119. 237. 1407.
Sneriglio		70. 140. 830.

COLVBRINAE EXTRA. ORDINARIAE COMVNES.

Colub. dup.	ad passus geome.	319. 638. 3797.
Colub. extraordinaria		280. 560. 3332
Colub. media		210. 420. 2499.
Falco maior.		159. 317. 1941
Falco minor.		125. 249. 1482
Sneriglio.		74 147. 877.

Posui tabulam pro colub. extraordinarijs cõnibus tantum, nam etsi praeter multa alia tormenta irregularia, quae sub rei tormentariae exordia casus potius et fortuna quàm ars et rãõ dictauit, etiam in extraordinariorum genere alia fortiora, alia uerò minus fortia reperiuntur. modui tñ õia sigillatim persequi, illud ursim notandum, iuxta Diegum Vfanum colub. quarum potissimus usus ẽ, siue legitimae sint, et debitam partium suarum proportionem obtineant, siue Bastardae, et pro rãõne orificij breuiores, siue extraordinariae denique et longiores, quàm magnitudo calibrae postulat. Si rimphorzatae sint circa ignitabulum crassa ẽẽ calibram unam et $\frac{1}{8}$ circa alas calibram, circa gulam $\frac{9}{16}$ unius calibrae

265v.

si coues sint, circa cameram obtinere de diame-
tro orificij densitatis calibram unam, circa cornua
$\frac{7}{8}$. circa collum $\frac{1}{2}$. si debilitate denique iun-
ta focum soliditatis de calibra recipere $\frac{7}{8}$. iun-
ta zonam $\frac{1}{4}$. iuxta gulam $\frac{7}{16}$. Esse praeterea
colub. minores proportionaliter loquendo fortiores, quam
sint colub. maiores, etiam ex hoc capite, quod cum
earum usus tum peditatui, tum equitatui deijciendo
sit aptissimus, atque ita explodant etiam frequentissime
ne inflammatae vehementius vitium aliquando face-
rent, necessario plus aeris, et simul etiam virium
attribuendum illis fuisse, quam gedant ijs, quae
ut maiores sunt, ita ob suam ineptitudinem et in-
tractabilitatem rarius explodunt. Quod vero pro-
portionaliter maioribus minores, etiam longiores
fiant, id inde evenit, ut eo facilius per cortinae,
et aggerum sectiones directe longius etiam et
maiori cum vi pilas suas propellant. Ac denique
nullum neque ex tormentis bastardis, neque extraor-
dinarijs eo usque pertingere, quo colub. legitimae,
rimforzatae pervadunt, idque ob defectum propor-
tionis inter magnitudinem globi, tormenti longitudine
aut quantitatem pulveris requisitae.

QVAESTIO SECVNDA
QVOMODO VISVRANDA
SINT TORMENTA

Temerarium putant Artileriae peritò tormentum 266.
explodere q^d vel ipse non oneraueris, vel cuius sal-
tem robur non prius diligenter exploraueris, id q^s
ob ingentia, eaq^s certissima pericula, quae explo-
denti imminent, si id non legitimè, vel ultra
vires fuerit oneratum.
Enonerandum igitur denuò clausoq^s ignitabulo
calida aceto p^r mixta in cauitatem tubi mit-
tenda ē, tum scalaro sublatoq^s orificio de-
primenda camera donec sordibus p^r acetum
abstersis pristinus tormento et vigor, et nitor
restituat, ac sic demum probè extersum sic-
catumq^s onerari iterum et explodi sine pe-
riculo p^oit.
Sed n̄ etsi ex ijs quae quaestione prima à me
dicta sunt cognita prius magnitudine diame-
tri orificij, dataq^s longitudine tubi facile sit
cuiuis intelligere, an p^r positum tormentum
ad primum, an verò ad sc̄dum aut tertium
genus p^r tineat, et si ad primum, illud in spe-
cie vel ēē colub: duplicatam mediam, aut
cōuēm c nam ut dixi tota controuersia haec
decidenda ē ex illa p^r portione, quae quanti-
tatem calibrae et tubi longitudinem intercedit]
si ad sc̄dum ēē cartonam cōuēm mediam
quartam vel octauam etc adeoq^s hanc etiam

269. uel illam pulueris nitrati portionem recipere,
quia tn de integritate et robore tormenti,
nec tum gstat, exploranda etiam prig illa e ui,
dendumqs diligenter an inter machinas robustiores
cōues, aut debiliores numerandum sit, nam si
rimforzatis (ut uocant) eam pulueris quanti,
tatem attribuas, quae debilitatis guenit lan,
guidam atqs in certum globicitum efficies, si
debiliori tandundem pulueris obtrudas, quan,
tum fortioribus competit periculum erit, nerum
pat tormentum, et cum ingenti tuo spectato,
rumqs periculo in partes dissiliat.
Quod si gstet qdm tormentum ex fortioribus
ēe, nescias uerò an integra illius cauitas sit,
an uerò aspera inaequalis, et uitiosa, fieri po,
tē, ut si definitam quaestione superiori pul,
ueris quantitatem illi ingeras, idem, aut maius
etiam incommodum adeas, quam si debilitatem
aliqd pro robustiore onerasses. si igit.
Quaeras primò, quà rōne tormentorum robur,
et crassities sit ꝑ uestiganda. R. id fieri
pōe dupliciter, nam si primo ꝑ tormenti fo,
cum stylum ferreum cuspide inflexa uel un,
cinata intromittas haud difficulter camerae
densitatem reperies, quam deinde, ubi circi,
no complexus in orificij diametrum transtuleris,
de ipsa totius tormenti ꝑ portione iudicabis,
statuesqs an illud inter fortiora, à uerò inter

debilissima sit annumerandum.
Si autem etiam crassities umbili, et firmitas colli te sollicitum habeat, duces vel in charta vel in tabula circulum aliqm aequalem magnidini orificij, deinde circino curvicrureo, explorabis primo crassitiem totius cameræ pedumqs circini intercapedinem, dimetiaris circino vulgari, nam si distiæ illius medietatem circino comprehendas, et producta orificij diametro centro eodem, quo prius circulum ad huc alium describas, facilè intelliges an tormentum qd præ manibus ē de fortiorum, an verò debiliorum sit numerò, atqs ita ei gueni entem etiam pulveris nitrati mensuram attribues.
Ac ut si circulus curvicrureus ad manum non fuerit, idem beneficio fili aut funiculi alicuius efficies, si n̄ designato prius, ut antea orificij perimetro funiculum primum qdm cameræ, deinde verò umbilico ac tormenti collo circumposueris, eiusqs longitudinis, quæ totam tubi solliditatem dimetitur partem sextam pro semidiametro assumseris, atqs intervallo eodem, centroqs quo prius perimetrum circumduxisti, ad huc tres alios circulos descripseris, solliditatem cameræ ūbilici, ac gulæ referentes facile etiam ex dictis collata scilicet inter se semidiametrorum proportione

269. intelliges an ꝑ positum tormentum ad robustiora ordinaria, an uero ad debilitata referendum sit. si deinde.

Quaeras scto unde nam intelligere poīs, an interior, et gcaua tubi pars integra, laeuis, et aequalis, an uero uitiosa, aspera, et inaequalis sit.

R. si candelam ardentem bacillo praefigas, atq; ita illustratam tubi cauitatem inspicias, ut si è solidiori aliqa mãa forcipem acuatam e qualem refert diagrama CSD ꝑticae attigas, cuiꝰ brachia n̄ nihil ultra magnidinem orificij extensa, gprime sn̄, ut relaxari poīnt eagi tormenti cauitatem exploras cum n. forceps gtrahat inter angustias in loco autem ampliori ob flexibilitatem brachiorum diducat.



si p̄ oē tormenti cauum bacillum circumuol. 240
uas p̄ gradiant aequaliter brachia si regu,
lare sit tormentum et legitimum haerebunt
autem; si uitiosum, et inaequale fuerit,
simulq̄ locum in quo uitium ē ostendent,
quo cognito periti magistri fuerit iudicare
an expediat tormento illo adhuc uti impete,
rum, an uero satis illud oīo se mouere, aut
denuo ad fornacem et ignes damnare, qd qdā
fiet ut plurimum, si notabilis aliqs et p̄riculosus
inaequalitatis defectus ipsam tormenti came
ram occupauerit.

QVAESTIO TERTIA.

QVOMOMODO ONE.

RANDA SINT TOR.

MENTA.

Prima haec bombardarij ēē cura debet, prius,
quam onerando tormento se accingat accuratē
de oratione, et bonitate pulueris cognoscere, cum
ea ipsa quantitas, quae de hoc uel illo genere
tormento assignata legitima foret, si sumat
ex alio uel legitimi trīs excedat uel qd
aequē p̄niciosum ē eos ne attingat qdm
ē uero primum puluis aliq̄ crassior mino,
rumq̄ uirium, quam germani ab ipsis qbus
cōiter adhibetur cartonis denominant, uocantq̄
C cartonum pulueris I alius ytra minoris
grani purior, et nāa sua priori efficacior
ē, quam illi appellant fur pulueris, ē deinde

292. saepe in uno etiam eodemq; genere pulueris sat
magna diuersitas, eaq; uel ex corruptione
sulphuris nitri carbonum, uel etiam ex ar-
tificis fraude, aut inscitia prognata.
Ad pmam differiam qd attinet, in eo artis piti coiter con-
ueniunt, ut statuant p integra pulueris rudioris libra sub-
stituendas ee meliores notae $\frac{3}{4}$ et uicissim p $1\frac{3}{4}$ me-
lioris integram libram pulueris cartonarij.
Ex altero capite si oriat qstio certi oio ac definitini
hil qstituunt, aiuntq; experiam in tali casu optimam
uideri magistram, illud a. agendum bombardario, ut
debitae bonitatis in puluere defum p portionata quan-
titate ac pondere ypenset, tradunt tn interim regulas non
nullas ex qbus uolunt de malignitate, uel bonitate pulueris
prudentem fieri indicaonem poe, aiuntq;.
Pmo si puluis ex media donna ptractus sub dio asserculo
aut chartae scriptoriae supimpositus ad motum momento
ignem qcipiat, si cum exiguo fumo, si clara et illustri
flamma ardeat, neq; adustionis notas aliqs in asserculo
uel charta relinquat, optimum fore, atq; uehementē.
Si qtra sto tardè qcipiat ignem, si crassiorem dif-
fundat fumum, et praeterea in subiecta charta
maculas relinquat, signum id ee pulueris corrupti e.
Quod si tertio maculae ex caeruleo albescere ui-
deant indicium eas facere purgaonem sulphu-
ris non legitimè fuisse p actam, et si.
Quarto granae quaedam ferrei coloris in fecibus
reperiant suspicionem ea facere puluerem
in mola non sufficienter fuisse qtusum, si.
Quinto maculae et granae post combustionem
recidua pdicere uideant, nitrum non satis à sale
p purgatum fuisse, quod si.
Sexto denique feces ex subnigro rubentes in-
ueniantur defectum in praeparandis carbonibus ee qmissu.

Et hæc quidem ita habere, cum probando pulue-
ri ignis adhibetur, quod si absq; igne, et ex
solo oculorum dictamine de bonitate, vel per-
uersitate pulueris iudicium faciendum
sit. Bonum ac probum pronunciandum ēē
eum, qui non omnino nigerrimus, si ex atro
nonnihil rubicundus fuerit, quiq; manu com-
pressus, neq; in uicem gerescat facilè, neq;
digitis adhæreat, sed cum murmure potius ac
strepitu aperta manu iterum in diuersa dis-
cedat.
Enim uerò regulæ istæ uitium aliqd nitra-
to pulueri subēē in genere quidem ostendunt
sed paruum ne illud sit an contra magnum po-
tius, et rei tormentariæ pernicio sum, non ita
facilè expediunt, ut adeò non immeritò uiri
eruditi de alijs adhuc modis probandi pulue-
ris circumspexerint, quos inter placet mihi cona-
tus recentioris cuiusdam, qui siue dein de
suo, siue dein de alieno, ad institutum tamen
nostrum ꝑ cōmodè instrumentum, qd hic de-
scribam ꝓposuit.
Fiat, inquit, ex ære, plumbo, calibe etc. mor-
dariolum, utrinq; ansatum, cuius calibra sit $\frac{1}{4}$.
circiter unicæ, siue digiti, illudq; per-
pendiculariter, cuicunq; tandem plano, vel

293. perystilio superimponatur, ex utroque pedis latere erigantur tigilla duo, eaque supernè alio rursus in transversum traducto colligentur, ex ansulis praeterea mordarioli utrumque educatur filum aliquod ferreum, vel nervus etiam, atque supernè cochleis firmantur, ut recta et situ parallelo à mordariolo sursum versus progrediantur, nervis deinde cilinder et ipse quoque ansatus, ligneus tamen illigetur sursum, deorsum mobilis, quo facto si tantundem semper pulveris mordariolo ingeratur, isque admoto igne impositum orificio mordarioli cilindrum in altum eijciat, facilè, et ex ipsa cilindri à mordariolo digressione quisque intelliget, quantum pulveris unus altero generosior sit, quantumque supplendo defectui (si quis deprehensus fuerit) ad consuetam pulveris mensuram sit adijciendum. Id quod etiam ad huc longè certius et iucundius erit cognoscere, si tigillis in altum erectis ex una parte brachiola affigantur, quae sursum quidem mobilia evolanti cilindro viam aperiant, excipiant verò redeuntem, et à decursu naturali prohibeant, quae omnia perspicua sunt in eo, quod subiunxi diagrammate.

Factum ē iam periculum
de uirtute ac probitate pul
ueris, nihilq; sup̄ ē aliud
quam ut de eo, quantum
satis ē tormento inferat
qua in re non ē curmul
tas reglas præscribam, cum
ea, quæ ad hanc praxin
ptinent, quoti die, et con
spectu gerant oīum. gl
lud tn̄ aduersione dignum
ut, dum puluis semel, atq;
iterum repetitis ictibus
compingitur, cum panniglo
bus, ac demum iterum, uel
foeni, uel pannutiorum
fasciculus aliqs supingen
tur, focus, si non aliter, at
saltem digito obstruat
ne compressus puluis frus
tra, et sine fructu inter
ram exiliat. Vnum ē qd
bombardariorum in one
randis tormentis industri
am exercet, ēgi id conce
petentis pulueris à reli
quo acerno discretio, ut
n̄ scias ex quo ordine sit
tormentum cuiusq; nōis
qd præmanibus uersatur

ut etiam meminaris colubrinis de quantitate globi comuniter $\frac{4}{5}$, cartonis $\frac{2}{3}$ mordarijs $\frac{1}{3}$ pulueris deberi, si tamen (ut comuniter accidit) stateræ desint, et pondera, imò uerò et si hæc præsto sint, difficilè tamen ē, eâ quâ oportet celeritate, quantitatem tormento conuenientem dextrè ex arcula, uel dolio, lo depromere.

Laborârunt hac in re uiri cordati multi, et cochlearia germ: ꝯ in ledt s' hau fall. et mensuras alias excogitabant, sed contra ferè maiori, quàm operæ suæ pretio, ea n̄ cochlearium huiusmodi uarietas ē, atqi in gstia, ut festinantem impediant potius, quàm promoueant, præterquam qd de modo ea adimplendi gueniant, uelintqs ea alij aceruatim, alij ad mensum, et regulam explenda ēē, et si (ut fit) puluis à cōi illo, et usitato in alterutram ptem recedat, si p globo ferreo, uel plumbeo, uel lapideo iaciendo sit, totus cochlearis eiusmodi usus intercidat, ac pænè inutilis efficiat. placet tn̄ mihi hic cochlearis illius descriptio, quo recentiores nonnulli bombardarij usi sunt, et eiusmodi ē, ut in certas partes, iuxta quantitatem diametri pilæ diuisum ad ōem tum globi, tum ipsius puluaris uarietatem usui ēē poīt



1/3 1/2 2/3
1.
2.
3.
4.
K
F
H
x
M
X
ε
γ
α
ζ
δ
β
N
V
O
L
R
S
T
M
E
B

descriptio illius ita se habet.
Sumunt isti lamellam cuprinam, aut ferream crassam octauam circiter partem unius digiti, magnam, aut paruam, ꝑ ut id tormenti ratio uidetur exigere, ut C liceat ñ rem in exp̄lo ostendere ɔ pro colub. legitima lamellam 1. 2. 3. 4. eamq̄ primò diuidunt in duas partes æq̄les, per rectam E F. deinde ex E. versus F. in W. numerant diametros globi C esto autem hic globus colub. diminutus G H I K. tres cum dimidio, rursusq̄ distantia semidiametri rectæ 1. 2. agunt duas parallelas, nimirum L M. et N O. descriptisq̄ inter eas centris R S T. tribus circulis perimetrum globi referentibus coniungunt illas ꝑ penlāribus A P. et P K. at demum diuisa linea V W in 10 ꝑtes æq̄les ductisq̄ parallelis A. B T. Δ E. Q. et distā diametri unius ac $\frac{2}{3}$. ꝑ penlāribus x λ μ ν. centro x. ex x. ꝑ W. in M. traducunt arcum x W. M. atq̄ ita opus suum absoluunt, idq̄ à reliqua lamina excisum more solito bacillo affigunt.
Vsus cochlearis ad quemcunq̄ tandem casum facilis est, atq̄ oīo expeditus, nam si ex plano in semicilindrum eiusdem cum globo diametri circumductum ad rēglam nitrato puluere impleat, quartam,

partem simul una vice de gravitate globi ferrei excipit, si verò eadem latitudine servata longum fiat quatuor globi diametros, cum $\frac{3}{4}$. dimidium, si 9 diametros, et praeterea $\frac{1}{4}$ totum ferreae pilae pondus ingestus illi pulvis appendit. Et quod instar omnium est, si è ligno cursores duo eiusdem sphaericitatis cochleari imponantur, distantes inter se diametrum globi unum de quantitate pulveris nonam globi partem capiunt, si semidiametrum decimam octavam si $\frac{1}{4}$ diametri trigesimam sextam globi partem excludent. Quae si omnia rerum istarum gnarus studiosè observarit cum globus ferreus ad plumbeum proximè se habeat, ut 3. ad 5. ad lapideum autem ut 3 ad 1. facilè illi erit calculos subducere, atque ita ad omnem casum uno eodemque instrumento eruditè simul atque expeditè ut.

Exemplum eo in colub. legitima vulgari, cuius globus ferreus, cum sit pondo 20. eique communiter attribuantur $\frac{4}{5}$ pulveris communis, hoc est librae 16. cochleare autem à nobis constructum simul capiat quartam globi partem, hoc est pondo 5. si tertium impleatur, complectetur pondo 10. restabitque adhuc unicum, quod etiam proximè deprehendes, si cursoribus distantia semidiametri pilae à se invicem constitutis spacium inter medium nitrato pulvere expleveris.

QVAESTIO QVARTA.
QVOMODO AD CERTAM METAM COLLIBRANDA SINT TORMENTA MAIORA.

Collibrão tormentorum curulium, de qua nunc nobis agendum ē, in eo potissimum gsistit, ut cognita ex problematis geomet. obti distia, et ꝑspecta habidine pulueris ꝑmo oium medietas tubi determinez, deinde tormentum ita disponaz, ut oculus posteriori signo applicatus ꝑ anterius in festinatam metam ꝓspiciat. Sedn quia ipsam illam medietatem (in qua tn situm ē quamplurimum) non ita cuilibet definire in promptu ē, et quia tormenta quaedam, ex innato sibi uitio semꝑ à ꝓposito scopo abludunt, globosq; suos uel malignè sursum, aut deorsum uel ad latus etiam excutiunt, quia etiam (id qd maximè locum habet in mordarijs) saepè ꝑꝑ metae distiam, aut ꝓpinquitatem nimiam pila in arcum gtorquenda ē, et balistae orificium ad certos grados supra horizontem eleuandum. Haec uero uel oia uel etiam singula sine aliqo instrumentorum praesidio fieri non poūnt, ui sum ē. antequam propositae quaestioni satis facerem, hic ipsa, quae rei huic ex uoto ꝑ agendae necria sunt instrumenta paucis describere

EXPLICATIO ET STRVCTVRA PRISMATIS, QVO INDAGATVR TORMENTORVM MEDIETAS ICTVS ITEM ETIAM LATERALES DEBITO ALTIORES ET HVMILIORES EMENDANTVR

Segmentum lignum cilindricum A B C. opera tornarij elaboratum longum ē uncias tres, uel quatuor, latum plures uel pauciores, ꝑ rāone orificij illius tormenti, cui inserendum ē perforatum autem ē iuxta D E F. ut infinum tormento prisma illud, de quo nunc agimus cōmode excipiat et sustineat.

Prisma G H. uel ex ligno, uel quacunque alia materia solita fabrefactum longum ē uncias 8. 10. uel etiam 12. latum 2. uel 3. posteriore sui parte torno in figuram cilindricam attenuatum, quo cauo segmenti cilindrici A B C. ita infigatur solitè, ut circumduci tamen simul suauiter et constanter in orbem possit. Rectè I K. et L M. per centrum capitelli ductae sunt, sibique uicissim ad angulos rectos insistunt, quarum una nimirum L M. diuisa ē in partes, siue gradus 40 ea q̄m lege, ut numerāone à centro instituta in utroque latere diuisio ad gradum, siue

ptem 20. usq; excurrat, M O. et P Q. quadrati duo cursores sunt p mediam prismatis solidi tatem, p penlariter, et simul ita gstanter sursum deorsum mobiles, ut, ad quamcunq; sublati altidinem firmi, atq; imobiles subsistant, prior circa M. alter circa S. p soratu filum recipit R P Q M F S. uno cum suo p penlo designato p globulum S S. atq; haec e gstructio instrumenti illiq; qd nos declinatorio inclinatorium nuncupabimus.

DESCRIPTIO SQVADRAE.
SIVE QVADRANTIS.
QVO BOMBARDARY IN
ELEVANDIS TORMEN.
TIS VTVNTVR.

placet mihi et hic adhibere segmentum cilindricum A B C. iuxta frontem sive partem anteriorem supra reliquam cilindri crassitiem ad unam aut alteram unciam procurrens, ne scilicet oio in cavitatem tubi, se se imergat, sed prostet potiq; et se in orbem circumagi sinat.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Quadra à vulgari, quadrante singulare habet nihil, nisi q̄d divisione ex L. inchoata versus M. numeri ita ei inscribendi sint, ut ordine nāali utrinq; ab unitate incipiendo utriusq; progressionis trīns in N. hoc ē gradu 45. constituatur, ed iungi etiam illi potē C maximè in gratiam mordariorum regula P N. unacum suis pinnacidijs R et S. atq; ita clavi culo aliquo rotundo, et tereti quadrantis centro affigi, ut ad quem cunq; usum comodè circumduci in orbem poīt.

Latus gnomonis unum altero longius ē, et iuncta T V. fortius etiam, quo scilicet, ut prisma illud, de quo modo mentionem fecimus, et ipsum quoq; in figuram cilindricam praecisum cavitēm segmenti cilindrici D E F comitti atq; in ea p rei exigēciam quam cunq; partem circumvolui poīt.

DESCRIPTIO DIOPTRAE TORMENTARIAE MOBILIS.

Facta ē dioptra haec ex oricalco, vel alia quavis mēa solita, altas digitos 6. vel 8. lata 3. vel 4. vertici illius superimposita ē hemisticlus B C D. descriptus ex centro F. et divisus in ptes seu gradus 180. ita q̄d m

ut numerãò utrinq inchoata ex B et D. iuncta
C in 90. de sinat. G H regula cum pinnacidijs
suis J K. affixa centro F. p totum planum
hemyzicli mobilis ẽ, et mordarijs potissimum,
ut et rebus astricis inseruit. L M N. qua-
drans ex O in M et N. utrinq in ptes 45.
diuisus, centrum suum in eadem recta gsti-
tuit, quae ex puncto F. ad pedem dioptrae
p pẽnlaris ẽ. N. R. cursor quidam ẽ ex P.
p totam rimulae altidinem in O usq gstanter
mobilis, et ipse quoq p foratus. iuxta S. ac
radio uisuali ad oẽm casum p uiq. T V.
scala ẽ diuisa in ptes aeqles 30. plures,
uel pauciores, cui ex aduersa pte oppo-
nitur sulcus W. X, ad dioptrae planum usq
cera expletus, ut in eo adnotari point ictus,
si qui metam p culerint, demum Y Z. in-
fima instrumenti huius pars inferne paulò
quàm supne latior ẽ, ut pedi geauo pla-
no Y Δ. insertus subsistat firmiter, simulq
in eo, p ut casus postulat, uel dextrorsum
uel leuorsum p moueri queat. Pedunculus
Γ Δ. quà horizontem respicit, geauus ẽ
ut quaexitatè tormenti gyruat, ex Δ uersus
Γ Δ. utrinq diuisus ẽ in ptes 20. et de-
signatas p μ. et ν. cochleolas habet firmam

mandae ad certum gradum basi dioptrae necrias
lateribus quà plano horizontali sup eminet ē
inclinatus, et aclivitati basios, & portionatus
quò moles tota, cum necesse ē, et moveas
facilius, et cum res postulat, subsistat etiam
firmius, haec de structura, nunc de usu instru-
mentorum, quae ad institutum bombardarij
necria ēē duximus

QVOMODO TORMENTORVM MEDIETAS DEFINIENDA SIT *

Primus bombardarij labor est, cum tormentum ad certam metam directurus est, propositi tubi medietatem, quam fieri potest definire accuratissime est non medietas illa veluti fundamentum quoddam, cui tota futuri operis moles inititur.

Cum non radius visorius, qui tormenti directi, vus est natura sua necessario axi illi, qui medietatem orificij, ac camerae pervadit, ita super imponi debeat, ut cum eo ad horizontem depressus, vel in eandem omnino cum illo, vel saltem in parallelam aliquam rectam incidat, et necessario globus ad dextram excurrat, si oculus ad laevam ytorqueatur, ad sinistram deflexurus, si iste ad dextram declinaret, elaborandum omnino est bombardario, ut tam inculate, se parte tormenti postica, quam in orificio, et parte antica diligenter ipsam tubi medietatem definiat, quo, radius visualis per planum illud eductus, in idem obiecti punctum excurrat, in quod inditus camerae globus natura sua pendet. Potest vero medietas ista, de qua dicimus,

varijs modis determinari sufficit in praesens
duos adnumerasse.
Primus est, si culatae primum, tum deinde etiam
capitello dioptram mobilem imponas, eiusque
pedem Γ Δ. tamdiu leniter circumducas,
donec quadrantis perpendiculum praecise in O.
sive arcus sui medium incidat, punctumque
quod medicti perystilij immediate subijcitur
limâ definias, et positi tormenti medicinam
designasti.
Alter modus priori accuratior est, impone orifi-
cio tormenti, segmentum cylindricum AB
C. habens diametrum transversam calibrae
aequalem, eiusque cavitati C quae ex polo axis
descripta, et cylindro prismatis proportio-
nata esse debet, cylindrum GH infige,
et in fixum tamdiu circumage, donec per-
pendiculum ST. per foramella cursorum educ-
tum praecise cum linea FK coincidat,
quod ubi gsecutus fueris, totumque instrumen-
tum ita in orificio tubi obfirmaveris,
ut se ipse firmum atque imobile subsis-
tat, cursorem utrumque vel sursum vel deor-
sum attolle, et ut id tormenti rationi postu-
laverit, ita tamen, ut anterior, nimirum
N 9. paululum ultra posteriorem S N
superimineat. Nam si rebus ita gsti tutis

ad cameram sive ꝑtem tormenti posticam accesseris, filumq; ꝑ foraꝛ̃ cursorum N. et S. recta, productum ad illud usq; culatæ punctum protraxeris, ex quo nisi cursorum apices in eandem cum centro visq; lineam rectam coincidunt medietatem tormenti filum ipsum tam in thoro orificij, quam culatæ sumitate ostendet.

QVOMODO AD PROPOSITAM METAM, SIVE PVNCTVM, VT VOCANT ALBVM COLLIMANDVM SIT ⁂ —.—.—.

Inventa medietate tubi dioptram mobilem perystilio impositam, ut primum medietas rimulæ O.P. coinciderit cum illius medietate λ. cochleatis illis clauiculis m, et v. ita affige, ut ad quemcunq; motum immobilis subsistat, deinde dioptram totam culatæ supimpositam tamdiu in hanc vel illam ꝑtem circumvolue donec ꝑ penultimum quadrantis præcise in O. sive arcus sui medium incidat, q̃d q̃dm fiet, e si tñ priori instrumento legitime usq; fueris, quam primum punctum λ. cum designata tubi medietate coinciderit, q̃d si puncta ista non quiescant, suspecta eo debet assignata medietas, ac proinde de novo exploranda, certus

autem etiam ex hoc capite de tormenti medio, immoto declinatorio et anteriori cursori N.O. depresso, ori ficium tamdiu attolle siue deprime, donec cursoribus dioptræ N.R. declinatori p. N.O. eadem ab axi cauitatis eleuatione radiis uisoriis eidem axi parallelis p. prioris foramen dimissis, et posterioris uerticem stringens in propositam metam excurrat, hoc n. ubi effeceris tormentum ad propositum scopum direxisti, nihilque superest aliud, quam ut remotis instrumentis ignem admoueas, et ad propositum scopum globum tuum effundas.

QVAESTIO QVINTA.

QVIDNAM PRAETEREA BOMBARDARIO CONSIDERANDVM, PRIVSQVAM TORMENTO SVO IGNEM subijcit.

Multa adhuc sunt, quæ diuturna experientia ante explosionem tormentorum obseruanda esse docui, mihi hæc paucula adnumerasse sufficiat.

Primum est, ut ponticulus, siue fiata foramen, hoc est planum, cui balista insistit accuratè horizonti parallelum sit. Vt alæ, siue cornua debitum in tubo locum obtineant. Vt tormenti cauitas p. metalli medium in directum perducta sit, nec ullo uitioso flexu curuata. Ne una axis extremitas altera tenuior sit, uel crassior. Ne rota una lapillo aut clauo innitatur, altera uero in plano sit constituta. Ne

axungia etiam inuncta sit magis una, quàm altera. Vt denique collimatione legitimè facta obfirmetur probè tubus ne inter explodendum conuulsus, aliorsum, quàm ad destinatam metam pilam contorqueat.
Alterum deinde è, ut igni tabulo puluere melio-re, siue sclopetario expleto, illius praeterea adhuc aliquid ad tres, uel quatuor digitos, uersus tormenti capitellum diffundat, neque fomes ipsi igni tabulo adhibeat, sed extremitati po-tius adiacentis in directum pulueris, atque adeò tormentum, lento potius, et quasi succedaneo, quàm uiolento quodam igne efflamentur, ne fumus fomitem extinguat, aut aliud uel bom-bardarão, uel spectatori incommodum adferat.
Nota primò si tormenti explosio ex causa aliqua differenda sit, orificium simul et igni tabulum diligenter occludendum uide-ne circa illud homines maleuoli fraudis aliquid committant, et igni tabulum quidem, si ad manum aliud non sit pôe lino obstrui, quod saeuo sit inunctum, deinde annulo obsignari, et super imposito tegulae fragmento à pluuijs caete-risque caeli iniurijs uindicari.
Sdo si tormentum recens fuerit, et cuius robur necdum exploratum habeas, consultum uideri à curru exemptum terrae illud infodere, et ad gra-dum 45. sublato orificio ex longinquo, aut per ignem aliquem lentum et artificialem illud

succendere, ut ita si tormentum casu aliquo viti-
um faceret, bombardarius unà cum spectatoribus
se in tutum recipere, et imminenti periculo exi-
mere posset.
Tertio explosione peracta orificium tormenti
panno, ignitabulum lino cerato explendum esse,
quo fumus intercluso, undique alio exitu per rimulas
(si quas fortè inter explodendum tormentum
egisset) egressus, ipsa illa eruptione sua quan-
te latebat bombardario vitium manifestum
faciat.

QVAESTIO SEXTA.

QVOMODO ICTVS LATERA-
LES, ITEM ETIAM DE-
BITO ALTIORES, VEL HV-
MILIORES CORDEN,
DI SINT.

Accidit non raro, vel casu aliquo et fortuna, aut
tormenti potius malignitate, ut ijs omnibus quae ad
rectam collimationem pertinent, examussim ser-
vatis nihilominus tamen globus, quàm longissimè à
proposito scopo aberret, quod cum fit, non despon-
debit animum bombardarius, sed de medijs potius co-
gitabit, quibus naturae vitium, arte, et labore compen-
set.
Et si principio ictus à scopo ad latus deflectat,
reponet segmentum cylindri cum A B C.

unâ cum declinatorio G H. et sublatis denuò cursoribus
P Q. et M O. tamdiu versabit cylindrum pris-
matis, donec et ꝑ pēnl. filum coincidat cum
recta F K. et adductus ut ante ꝑ dioptram
mobilem, et summitatem cursoris P Q. radius
visorius denuò recta ad scopum ꝑtingat, po-
sito autem, qd globus passus 5. à meta ad
sinistram deflexerit, tamdiu circumvolvet
cylindrum prismatis, donec ꝑ apicem curso-
ris P Q. et rimulam dioptræ R R. aber-
rantis à scopo pilæ vestigium gspiciat
nam si (expli gratia) circumducto prisma-
te ꝑ pēnlum cadat in partem 3. vel 4 rectè
L M. adeòqꝫ experimento gstet, ictum illum
spureum gradus 3. vel 4. à meta ad sinistram
divertisse, isqꝫ converso tamdiu ad dextram de-
clinatorio, donec et ex illa parte in gradum
3. vel 4. ꝑ pēnli filum incidat, notato deinde
signo, qd dimissus ꝑ dispositos hoc modo cur-
sores axis visorius deprehenderit, eum ipsum
locum ꝑ scopo habeat, atqꝫ in eum acsi verus
ēēt tormentum suum dirigat, hoc ipso, si quam
illud habuit, lateritiam contorquendi maligni-
tatem, correxit.
Aut, qd faciliꝫ, si converso, ut dictum ē, decli

natorio, quoad usq; filum ꝑ pénti, gradum 3. vel
4 ꝑstringat, ipsum tormenti orificium decli-
natorio immoto, tamdiu ad lævam circumducat,
donec axis opticus ꝑ pinna cidia diductus in
antiquam denuo metam incidat, hoc ipso,
quantum satis fuerit, tormenti orificium
ad sinistram se se convertet, atq; ita
ille prioris quoq; ictus defectum suppleve-
rit.
Eadem observanda ratio ē, cum tormentum
vitio suo ictum ad dextram contorserit,
nam et ibi, si orificium tormenti toti-
dem gradibus à scopo ad sinistram circum-
actum fuerit, qd prius à meta ad dextram
aberraverit, errori sufficienter prospec-
tum fuerit.
Quod si vero pila ad metam vel oīo non
ꝑtingat, vel etiam suꝑ egrediaꝰ, aliꝰ erit
procedendi modus, quem antequam exponam,
consultum fuerit prius intelligere, quomo-
do tormentum horizontaliter dirigendum
sit.
Fiat hoc autem modo, quo nunc tradam, im-
mitte stylum ferreum ꝑ orificium camere
eumq; in tantum deprimè, donec cuspis ad

cylindricæ cavitatis fundum pertigerit, tum deinde
nota in eodem stylo altitudinem cursoris dioptræ
mobilis, quam obiectum colimare decrevisti, extrac-
toque stylo spacium illud, quod ab eius apice ad
signum usque intercedit, circino dimetire, nam
si uno eius pede in puncto æqualiter supratho-
rizontem cum puncto C. elevato constitue-
ris, alterum in apicem cursoris H. D. exten-
deris, cursorisque summitatem accurate ei admo-
veris, et sedum illam dioptrarum elevationem
ad metam colimaveris tormentum horizonta-
liter, vel iuxta situm aciæ C ut vocant)
hoc est ipsam cavitatis axem direxisti.
Aut si hoc non placeat, reposito in orificium
tormenti cylindro H B C. cavitati illius infi-
ge quadrantem tormentarium, quem supra
cum statis squadram nuncupavimus, et tor-
menti capitellum tamdiu vel extolle, vel de-
prime, donec per pendulum præcise coincidat, cum
puncto M. hoc est primi gradus initio, atque idem
quod antea, et facilius etiam consecutus, eâ dis-
positione servatâ, illud efficies, ut, nisi quid casus
vel vitium impediat, naturali suâ inclinatione
globus in metam excurrat, eaque omnia, quæ intra
terminos, ex integro violentæ progressionis depra

hauderit, recto tramite p currat.
At uero, si, ut dixi, uel puluerus, uel ipsius tormenti defectu aliquo, pila ad propositum finem non pertingat, subleuandus est cursor dioptræ mobilis D. R. donec per eius foramen; et repositi cursoris uerticem P. in uitiosum illum ictum despicias, atque conspecto in tantum denuo extollendum tormenti orificium, quoadusque pinnacidijs immutatis rursus in metam prospicias, quod si feceris, hoc ipso tantundem tormenti orificium supra scopum extuleris, quanto antea globus citius, quam ad metam perueniret, in humum impegit.
Si denique contrarium accidat, et globus metam super egressus spe bombardarij altior euaserit, repositis tum dioptra mobili, tum declinatorio, ut antea, cursorem D. P. eousque extollet, donec per eum ictum illum conspiciat, qui debito altior fuit, eoque uiso tormenti orificium deprimet, extollet uero culatam, quousque rursus axis opticus per pinnacidia eductus, in propositum obiecti punctum decurrat, atque ita etiam ipso hoc incommodo sublato, si ad motoique finem suum consequatur, altitudinem cursoris D. R. in cerato illo suco W. X. ut et eleuationem cursoris P. R. supra planum prismatis

GH. signo aliquo adnotârit, ac deinceps eadem semper pinnacidiorum collocatione utatur, cum per lineam rectam, et per arcuatam non, scopus aliquis feriendus fuerit

QVAESTIO SEPTIMA.

QVOMODO TORMENTA MAIORA DIRIGENDA, CVM GLOBVS IN ARCVM IACIENDVS FVERIT.

Hactenus de librâtione tormentorum praecepta scripsimus, usum habitura, cum globus per lineam rectam in scopum extorquendus fuerit. Verum quia, ut dixi, non è mordarijs solùm, sed ex alijs quoque tormentis, saepe in in arcum iacienda è pila, ne quid in hac digressione in rem nostram necessaria, omnino praetergrediar, et de arcuatis globorum vibrationibus, quaedam conscribenda fuerunt, non eâ quidem docendi methodo, ut ostenderem, quotnam gradibus supra horizontem quodvis tormentum ad quemcunque casum attollendum, aut infra eundem deprimendum esset id non maioris foret operae, quam ut digressionis ratione expediri posset, et praeter principia geometrica, atque Arithmetica, scientiam etiam

Trigonometriam exigeret, qbus tn oibus euoluendis diutius
immorari ob angustias temporis non licet. Tradam
igitur hac de re solum propositiones quasdam
qbus fere etiam usus est, Nualterus lib. 5to
Artilleriae nouae, tum deinde in mordario aliquo
ostendam, quantum ictus illius arcuati oes per
singulos quadrantis gradus facti à se inui-
cem distarant, ex qbus oibus, praesertim si
quis aliquando usus et exercitatio accesserit,
facile iuuare se poterit, qui rerum istarum
cupidus ulterius adhuc progredi uoluerit.

PROPOSITIO PMA

OMNES ANGULI FIGURAE
RECTILINEAE CUIUSUIS
SUNT AEQUALES. BIS TOT AN-
GULIS RECTIS, NUOTA IP-
SA EST INTER FIGURAS REC-
TILINEAS.

ET.

Omnes anguli figurae rectilineae
cuiusuis aequales sunt bis tot rectis
angulis angulis demptis quatuor, quot ipsa conti-
net latera seu angulos.

Propositionem hanc utiliter explicat, et demonstrat
Christoph: Clauius ad prop: 32. lib. 1. Euclidis, mi-
hi ad propositum satis est, ueritatem illius in figura
quadrilatera tueri. Dico igitur, oes quatuor angulos

cuiuscunque figuræ quadrilateræ simul sumptos æqles ēē quatuor angulis rectis, siue æqles ēē bis tot rectis, quota ipsa ē inter figuras rectilineas, siue qd in idem recidit, æqles ēē bis tot rectis, demptis quatuor, quot ipsa continet latera, uel angulos.

Cum autem inter figuras rectilineas, triangularis sit prima, quadrangularis sta, pentagonalis tertia, hexagonalis quarta etc. si binarium (numerum ordinis) ꝑ 2. multiplices, efficies 4. et si 4. (numerum laterum, uel angulorum) ꝑ 4. multiplices, ꝑduces 8. ex qbꝫ si rursꝫ 4. abijcias, restabunt etiam 4. numerꝫ scilicet, qui significat, qd rectis æqui, ualeant cuiusuis quadrilateræ quatuor anguli. Esto nunc quadratum B C D E. in quo si ex B. in E. ducatur diameter B. E diuidet totum quadrilaterum in duo triangula B D E. et B C E. at uerò ut demonstrat Euclides prop: 32. lib: 1. oēs triangeli tres anguli sunt æqles duobꝫ rectis, ergo etiam trianguli tres anguli æqles erunt duobꝫ rectis sed etiam tres anguli trianguli B D E æquales sunt duobꝫ rectis, ergo oēs sex duorum triangulorum anguli æquales sunt quatuor rectis, at uerò sex isti anguli, æquales etiam sunt quatuor

angulis propositi quadrati B C D E. ergo aequales sunt sunt quatuor rectis, per axioma primum libri primi, omnes igitur quadranguli quatuor angulis aequales sunt, quatuor rectis, quod erat demonstrandum.





PROPOSITIO SECVNDA.

SI DVAE RECTAE A CENTRO CIRCVLI AD PERIPHERIAM EDVCANTVR, HABEBIT SE ARCVS AB IISDEM INTERCEPTVS, AD TOTAM PERIPHERIAM, SICVTI SE se habent quatuor anguli recti, ad angulum eum, quem duae illae rectae ad centrum concludunt.

Esto circulus quidam B C D E. à cuius centro F. eductae rectae. et F C. intercipiant arcum B C. dico arcum illum B C. habere se ad totam peripheriam B C. D E. sicuti se habent quatuor anguli recti, ad angulum B F C. quem duae illae rectae B F et C F. concludunt

ad centrum F. cum n̄ ut deducit Clauius corol-
lario sdo ad propo: 32. lib. 6. se habeat sector
siue angulus ad centrum B F C. ad angulum
E F C. rectum, ut se habet arcus B C. ad qua-
drantem E C.





habebit quoque se angulus B F C. ad quadruplum
anguli recti E F C. nempe ad quatuor rectos, ut arcus
B C. ad quadruplum quadrantis E C. nimirum
ad totam peripheriam per ea, quae à Clauio de-
monstrata sunt ad prop: 22. lib: 5. et contra, quo-
niam ē ut angulus in centro B F C. ad quatuor
rectos, ita arcus B C. illi angulo subdensus ad
totam circumferiam, erit etiam uicissim, ut
quatuor recti ad angulum B F C. qui ē ad cen-
trum, ita tota circumferia ad arcum D C an-
gulo in centro oppositum.

Omnia ad maiorem
Dei
Deiparaeqs
gloriam.

G.B. HOF-BIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST